Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id366723723/1
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft

Philos. A. 62. b

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id366723723/2
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id366723723/3
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id366723723/4
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft

# ANALYSIS
# TOTIUS
# PHILOSOPHIÆ,

tàm Contemplativæ, quàm Practicæ: brevi Methodo & Methodica brevitate: in privatum memoriæ ſubſidium certis Tabellis comprehenſa & concinnata.

*Operâ ac ſtudio*


## M. Johannis Deuceri

C. P., Verbi divini apud Schlaccovvaldenſes Miniſtri.


Hyppocrates.

Vita eſt brevis: Ars longa: Occaſio præceps: Experimentum periculoſum: Judicium difficile.


JENÆ

Typis & ſumpt:

Joh: Weidneri,

A. cIↃ IↃ cxii.



Philoſophie: 270.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden

http://digital.slub-dresden.de/id366723723/5

gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

KGL. ÖFFENTL. BIBLIOTHEK
DRESDEN.

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id366723723/6
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft

MAGNIFICIS, INCLYTIS, ET MAXIME NOBILISSIMIS DOMINIS:

# Dn. WOLFGANGO Hohenfelder/

Domino zu Aiſtershaim & Albmegg/ Domino auff Pevebach / Sacræ Cæſareæ Majeſtatis à Conſiliis, nec non Sereniſſimi & Illuſtriſſimi Archiducatus ſuperioris Auſtriæ, inclyti ſtatus L. Baronum & Equitum Scholæ Inſpectori fideliſſimo atque prudentiſſimo.

# DN. LUDOVICO Hohenfelder/ DOMINO

zu Aiſtershaim & Albmegg/ Domino auff Weiderholtz/Sacræ Cæſar: Majeſtatis Conſiliario, uti & Potentiſſimi Archiducatus ſuperioris Auſtriæ, Inclyti ſtatus Equeſtris Præfecto verè primario, ſapientiſſimo & celeberrimo.

*Dominis ſuis Clementiſsimis & Patronis ſummâ obſervantiâ ſemper colendis.*

*DE DIGNITATE ET NECESSITATE Philoſophiæ omninò ſilere præſtat, quàm pauca dicere, quod ipſum de Carthagine, graviſsimus autor, ſcriptum reliquit.*

*Eſt enim Philoſophia* [Logica] *fundamentum diſciplinarum omnium, quod niſi probè jactum fuerit, quicquid ſuperſtruxeris, fathiſcet & corruet: Imò illa eſt* ὄργανον ὀργάνων καὶ χεὶρ *artium omniũ, cujus ductu velut Ariadnæo filo in reliquarum ſcientiarum labyrinthis verſari, omnia exactè perſpi-*

)?( cere,

cere, memoria fideliter comprehendere, & ad uſum commodè transferre poſſumus.

Hoc ſi cui admirabile videatur & incredibile, is eorum dicta, ſcripta & facta ſibi ob oculos ponat, qui Philoſophiæ imperiti, reliquis ſtudiorum generibus operam navant. Quamvis enim plurimum temporis & operæ poſuerint in diſciplinis aliis percipiendis, tamen nihilo plus, quàm vetula Terentiana, promovent: & ſæpè puerilibus erroribus impliciti hærent, & tanquam imperiti coqui omnia comminuunt & confundunt, quæ tamen aptè ſecare debebant. Quod itaq; Plautinus inquit ſervulus:

Utroq; vorſum rectum eſt ingenium meum.
Ad te, atque ad illum, pro rata me uti licet:
Vel ego huc, vel illuc vertar, quo imperabitis.

Id ipſum de ſe optimo jure dicere poteſt Philoſophus, cum omnium horarum, omnium artium & diſciplinarum homo ſit, cui nihil arduum & difficile, ſed plana & expetita omnia, ſiquidem ille, qui ἐγκυκλοπαιδείαν didicit, accepit, arripuit, hauſit, omnia ſua ſecum portat: quod Bias dixiſſe fertur, cum ejus patriam cepiſſet hoſtis, cæteriq; ita fugerent, ut multa de ſuis rebus ſecum aſportarent, & eſſet admonitus à quodam, ut idem ipſe faceret: Ego, verò, inquit, facio, nam omnia mea mecum porto, perſuaſum habens Philoſophiam & eruditionem non perire incendio, nec mergi

naufra-

naufragio, nec ullis fortunæ caſibus auferri, ſed adoleſcentiam alere, ſenectutem oblectare, ſecundas res ornare, adverſis perfugium atq; ſolatium præbere, delectare domi, nō impedire foris, pernoctare nobiſcum, peregrinari, ruſticari.

Veteres divitias cornucopias dixerunt, è quo ſumere liceat, quicquid promere libeat: At verò Philoſophia non tàm fons eſt, quàm mare aliquod bonorum, quæ in Eccleſiam, quæ in Rempublicam, quæ in ſingulorum vitam redundant.

In Eccleſia enim in ſano uſu non ut domina, ſed ancilla, non uti regina ſed pediſſequa eſt. Aſini enim Abrahæ ad montis radices ſubſiſtunt, ab iis tamen vehitur profana ſupellex Ægyptiorum, quæ ad ſacros uſus confertur.

Nam in Eccleſia μεθοδικὸν ὀρθοτόμον διδακτικὸν ἐλεγκτικὸν efficit eum, qui verbum veritatis ὀρθοτομεῖν rectè ſecare debet, ne vel ἀμεθόδως omnia confundat, vel Chaos poëticum, vel monſtrum Horatianum, vel Anaxagoræ πανσπερμίαν repræſentet.

De ejus præſentia in Republica ſapienter Plato inquit, Reſpublicas tum deniq; fore beatas, ſi aut docti aut ſapientes homines eas regant, aut qui regunt, omne ſuum ſtudium in doctrina ac ſapientia collocent: Et hoc cum intelligerent Mytylenæi, quos populos bello vicerant, eis hanc unam irrogabant pœnam, ne liberos ſuos literas docerent, ſine quibus imperia florentiſſima dilabi facilè norant.

*Accedit his, quod in omni vita omnis terra alat artem, & vir doctus licet, ἀπατρὶς, ἀνέστιος, ubiq; tamen locorum, & rem, & amicos facilè inveniat. Arriſtippus roganti quid inter doctum & indoctum intereſſet, ambos, inquit, mitte nudos in terram alienam & videbis. Verum & Philoſophiam ambitioſè laudem non eſt opus: Merces enim probæ facilè invenit emtorem.*

*Hoc præclari Philoſophiæ & maximè ſalutari encomio adductus ſum, ut craſſâ, quod ajunt, Minervâ ἐγκυκλοπαιδείας σκιογραφίαν quandam conciſè in compendium certo ordine, ſummâ induſtria, fide & diligentiâ, partim in privatum memoriæ meorum ſubſidium: partim in uſum, captumq; ſaltem ſtudioſæ juventutis, nullo unquam edendi fine redegerim, collegerim, abſolverim.*

*Imprimis verò operæ pretium me facturum exiſtimavi, ſi potius Philoſophiæ præcepta fructuoſa & regulas utiles, quàm quæſtiones otioſas & infructuoſas concinnarem, quibus adoleſcentes olim uti queant, ſi ad virilem ætatem perveniant, quod Ageſilaum & Arriſtippum dixiſſe memorant. Nec enim victitandum lolio tàm vili tritico: & verè Neoptolemus, Philoſophandum, inquit, ſed Paucis. Et Affricanus ait: non amo nimium diligentes. Et Seneca: Emas non quod opus, ſed quod neceſſe eſt.*

*Nec etiam vitrum in magno habendum pretio, ſi gemmæ nobis ſuppetant, præſertim cum ars longa ſit, vita brevis, quæ ne quidem neceſſariis perdiſcendis ſufficit: futiles & mutiles conſectari argutias, quæ nec ſcienti proſunt, nec obſunt ignoranti, non ſaltem ineptum, ſed & pernitioſum ſemper fuit habitum.*

*Quod verò has meas Philoſophicas tabellas vobis, Magnifici, Inclyti, & maximè Nobiliſsimi Domini* Hohenfelderi, *offero & dedico, puto me cauſis ad id & honeſtiſsimis & graviſsimis impelli.*

*Nam ex honorifica omnium literatorum relatione habeo, & imprimis Auſtriacorum, cum quibus mihi aliqua familiaritas & amicitia intercedit, quod tanto* φιλοσοφίας *ſeu ſapientiæ ſtudio flagretis, ut legendo, meditando, conferendoq́; non minus vos quotidiē exerceatis, quàm olim Cato Cenſorius, Julius Cæſar, Octavius Auguſtus, Plinius Veronenſis, & ante hos Alexander Magnus, & ſapientiſſimus Spartorum Rex Ageſilaus.*

*Deinde literæ V. M. adhortatoriæ, eruditionis inuſitatæ, amoris favorisq́; ſingularis erga me plenæ, teſtantur: Quod in univerſum non literas ſaltem, literatosq́; plusquam paterno proſequamini amore & eorū ſcripta benignè ſemper acceperitis: ſed etiam quòd me V. M. ex aſſe obſervantiſsimum & ſtudioſiſsimum agnoſcatis, & cum meis fideliſsimè commendatum habeatis.*

*Cum ergò tanto ſapientiæ ſtudio & erga me amore teneamini, quantum ego ſatis prædicare non poſſum, nihil me præter decorum facere arbitror, quod vobis Magnifici, Inclyti, & maximè Nobiliſsimi Domini has tabellas affero, offero, mitto, ſubmitto.*

*Siquidem primo futurum prorſus exiſtimo, ut pro ea qua præditi eſtis, Nobiliſsimi generis amplitudine, claritate, pietate, eruditione & prudentia, non modò dextrê de his tabellis ſitis judicaturi, ſed etiam easdem ab injuriis malevolorum vindicaturi.*

*Deinde eis, ex Magnifici, Inclyti, & verè Nobiliſsimi veſtri Hohenfelderi nominis ſplendore, authoritatem acceſſuram eſſe confido; apud eos, quib. V. M. eximia eruditio, heroica virtus, præſtantiſsima morum & locorum variorum experientia, & cum ſumma dignitatis & fortunarum amplitudine, conjuncta humanitas, probè cognita eſt, quæ tamen plurimis in tota Europa notiſsima.*

*Sinite itaq; Magnifici, Inclyti, & maximè Nobiliſsimi Patroni, ſtudioſa juventus ex hiſce pagellis qualecunq; utilitatem & fructum percipiat: Acceptate hunc libellum, Maximè Nobiliſsimo veſtro nomini dicatum à me V. M. ſtudioſiſsimo obſervantiſsimo. Valete & mihi meisq; Muſis favete. Datum Schlaccenvvald. Calend. Octobr. Anno* χρισογονίας cIɔ Iɔ CXII.

V. Magnificentiæ

Obſervantiſſimus

M. Johannes Deucer, C. P.

## PRÆFATIUNCULA.

SI quis operæ precium facere velit in ſtudiis bonarum literarum, & bonas horas malè non collocare, is ut ordine diſcat, quicquid diſcendum, planè neceſſum eſt. Ordine nihil pulchrius, nihil fructuoſius non in Eccleſia tantùm, in quâ D. Paullus εὐσχημόνως & κατὰ τάξιν fieri jubet omnia: neq; ſaltem in Republica, quam τῶν τὴν πόλιν οἰκούντων eſſe τάξιν Ariſtot. lib. 1. Polit. cap. 2. pronunciat: neque ſolummodò in œconomiis, quæ nihil aliud ſunt, quàm & perſonarum, quæ triplici ſocietate coaleſcunt, & rerum, quâ κτῆσιν, quâ χρῆσιν apta diſpoſitio: verùm in ipſis quoque ſcholis, & maximè quidem his in ſapientiæ, & virtutum omnium officinis. Ordo rerum nobis exhibet intelligentiam, & memoriæ facilitatem ſimul & diuturnitatem. Nec quidquam plus ad eruditionem veram & ſolidam affert momenti, quàm ſi omnium diſciplinarum, quibus daturi ſumus operam, breves συνόψεις, & συστήματα ſuccincta animis complectamur noſtris, & circumferamus. Hæc enim quaſi oſſa, & hi nervi doctrinarum, poſtmodum ſpiritu, ſanguine, & carnibus uberiorum explicationum, ſi ulterius pergamus, ut omninò pergendum, expleri & quaſi ſolidari facilè poſſunt. Hanc ad εὐταξίαν cum *Vir Reverendus & Clariſſ. Dn. M. JOHANNES DEUCERUS, Eccleſiæ Schlaccenvvaldenſis Miniſter fideliſſimus*, his in totius Philoſophiæ tabellis, quas in gratiam ſtudioſæ juventutis ordine convenientiſſimo deſcripſit, diſcentes quaſi manu ducat; ex eorum ſe eſſe numero demonſtrat, qui boni cum ſint, commune bonum eſſe cupiunt, nec inſtar leonum ungves eruditionis & virtutis ſuæ introrſum vertunt, ſibiq; ſolis ſapiunt, & talentum, quod accêpere, defodiunt, ſed ſe totos veluti explicant, & porrigunt aliorum ad utilitates.

Hac

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id366723723/13 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Hac igitur opera *Viri præſtantiſſimi* fruentur illi, qui non per ambages & viarum divortia, ſed nota per compendia ſuorum ad ſtudiorum metam, quæ in rerum ſcientia, virtute, & dicendi facultate ſita, contendunt. In tenui labor, at tenuis non gloria, inquit Poëta: neque ſemper majores progreſſus in literarum ſtudiis illi faciunt, qui plurimum laborant, anhelant, ſudant: (quis enim neſcit ab his, ſi confuſè & tumultuariò rem gerant, Siſyphi ſaxum haud raró volvi, & operam, oleumq; ſimul perdi) ſed ordine qui diſcunt, facilimè diſcunt, & labore non multo, tempore non longo, ſumptuque non magno ea pernoſcunt, quæ Eccleſiæ ſalutaria, Reipubl. fructuoſa, ſibi ipſis honorifica quondam ſunt futura. Ad ſummam, ea quæ jam diximus, hoc verſiculo claudimus: *Fronte capillata eſt, poſtica occaſio calva.* Jenæ Calend. Octobr. A. O. R. 1612.


Wolfgangus Heider M.
Profeſs. Publ. Ethices &
Politices in Acad. Jenenſi.


AD

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id366723723/14 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

- A. Ariſtotelis, qui dividit in
  - 1. Cõtemplativam, quæ conſiderat res vel:
    - 1. Cum eorum motu & materia conjunctas: ut Phyſica in
      - 1. Genere
      - 2. Specie
        - Coſmographia.
        - Stichologia.
        - Meteorologia.
        - Metallographia.
        - Somatologia.
        - Pſychologia.
    - 2. Cum materia quidẽ conjunctas; cogitatione a. ſeparatas: ut Mathematica ea conſiderat vel:
      - 1. Stellas: ut Aſtronomia.
      - 2. Magnitudinem, vel
        - 1. Continuã: Geometria.
        - 2. Diſcretam: Arithmetica.
    - 3. Sine materia & motu, ut: Metaphyſica.
  - 2. Practicam hîc duo conſideranda
    - 1. Quæ huc pertineant, nempè
      - 1. Ethica.
      - 2. Politica.
      - 3. Oeconomica.
      - 4. Muſica.
    - 2. Quæ ſit præſtantior, potiorq; Theoretica vel Practica? ℞ per diſtinctionem.
      - 1. Practica eſt præſtantior
        - 1. Si neceſſitas ſpectatur.
        - 2. Reſpectu noſtri.
      - 2. Contemplativa eſt præſtantior
        - 1. Si præſtantia conſideratur.
        - 2. Abſolutè.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id366723723/15
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

# DE GRAMMATICA.

**Grammaticæ**

- Definitio? Eſt certa loquendi & ſcribendi ratio: nomen habet à literis.
- Diviſio in partes. Diſtribuitur autem in
  - Orthographiam, quæ docet rectè ſcribere.
  - Etymologiam, quæ docet rectè flectere, & verborum originem ac proprietatẽ inveſtigare.
  - Proſodiam, quæ docet rectè pronunciare.
  - Syntaxin, quæ docet orationem latinam facere.

Hæc verſatur circa
  - Literas & ſyllabas.
  - Dictiones.
  - Dictionum quantitatem.
  - Orationem.

## DE LITERIS.

**Litera eſt minima pars vocis articulatæ. In literis conſiderãda tria ſunt**

- Varietas nominis, ποικιλία, appellantur
  - Literæ, γράμματα, vel à legendo, quaſi legiteræ, quod in lectione iterentur: vel à linendo, quaſi lituræ, quia veteres in certis tabulis ſcribere ſolebant, & poſtea delere.
  - Elementa ϛοιχεῖα, quaſi prima orationis & hujus doctrinæ capita, & fundamenta.
  - Notæ, σύμβολα, quia iis dictiones exprimuntur.
- Diviſio ſeu διαφορά. Literarum aliæ ſunt
  - Vocales, γράμματα φωνήεντα, ſic dictæ, quod per ſe ſonent, ac vocem edant: ex quarum compoſitione conſtantur Diphthongi Æ, OE, AV, EV, & antiqua EI.
  - Conſonantes, σύμφωνα, quæ vocalibus cõſonant: eæq; rurſus vel
    - Mutæ, dictæ, non quod prorſus obmuteſcant, ſed ſonum obtuſiorem quàm Semivocales reddant.
    - Semivocales, vide. A.
- Commutatio. B.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id366723723/16 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

- Semivocales dicuntur quæ ad vocales propius accedunt.
  - Ex his quatuor ſunt liquidæ, L. M. N. R. & dicuntur γράμματα.
    - ὑγρὰ, eò quod liqueſcant in oratione.
    - ἀμετάβολα, quod non mutentur in declinationibus nominum, aut temporibus verborum apud Græcos.

B.

- Cõmutatio, ἐναλλαγή, quæ fit aut
  - Simpliciter, ut in caſibus: ut ſunt eæ, quæ cognationem inter ſe habent: ut pax pacis, dico dixi.
  - In compoſitione, eaq; fit aut in
    - Vocalibus: ut Aptus, ineptus: capio, accipio.
    - Dipthongis: ut Quæro, inquiro: Plaudo, complodo.
    - Conſonantibus, quarum commutatio tàm in nominibus, quàm in verbis diligenter eſt obſervanda: ut poſtea dicetur in figuris Nominum & Verborum.

## DE ORTHOGRAPHIA.

- Orthographia eſt rectè ſcribendi ſciẽtia. Hæc habet conſiderationem
  - Vitioſitatis, in qua vitanda.
    - Additio, πρόσθεσις, cùm adduntur literæ non neceſſariæ, vel in
      - Initio: ut, Lingnum.
      - Medio, ut, Legittimè
      - Fine, ut, Quotiens.
    - Omiſſio, ἀφαίρεσις, cum non ſcribuntur neceſſariæ, etiam in omnib. ſyllabis: ut, ligua, columa, prægnas.
    - Immutatio, μετάθεσις, cum ponitur altera pro altera: ut, obtimus, opſonium, Hillus.
    - Tranſpoſitio, μεταβολή vel cùm trajicitur aliqua: ut, Procus porcus, cordus codrus, jus vis. Vel cùm retroaguntur omnes. & ſignificant
      - idem, ut ſuccus, mammam,
      - non idem, ut roma, amor.
    - Aſpiratio, δασεῖα, ne interſeratur, ubi locum non habet: quo vitio Arrium quendam notat Catullus in Epigrammatis.
  - Emendationis vide C.

**C. Emendationis, in quâ ſpectanda nominis**

- **Etymologia: in qua, quod ad rectè ſcribendum attinet, conſiderari ſolent**
  - Antiquitas, ἱστορία, ut Scaurus nominat, ut: ſed, rectè per literam noviſſimam ſcribimus, quoniam antiqui ſedum dixerunt.
  - Origo, τὸ ἔτυμον: ut ab oro, oratum, oratio: ab amicus, amici, amicitia: à chao, inchoo.
  - Derivatio, τὸ παράγωγον, Clypeus ἀπὸ τοῦ γλύφειν, ſtylus ςύλος, ſcena σκήνη.
  - Proportio, ἀναλογία, ut, ſervus per duplex an rectè ſcribatur, ſecundum Scaurum ſcribitur etiam rectè per idem cervus & equus. Sin ſcribendum eſt cervos, ſecundum antiquiſſimos: etiam ſcribi oportet cervos & equos.
  - Uſus ſcribentium, χρῆσις, ut præmium, fœdus, præhendo, cœlū.
  - Diſtinctio ſeu (ut Scaurus) annexio διάστιξις, cum ſegregandæ ſyllabæ ſunt, in qua rurſus duo occurrunt:
    - Ratio, ne eæ conſonantes, quæ in initio conjungi poſſunt, ſeparentur in medio: ut, venu-ſtas, volu-ptas, o-mnis, ca-ptus, A-tlas, Te-cmeſſa.
    - Compoſitio, ut præpoſitiones ſeu aliæ partes, ſeparētur à dictione, cum qua componuntur: ut à
      - Nomine: præterea, abs-temius, neg-otium, q. nec otiū.
      - Verbo, diſ-traho, ne-ſcio.
- **Proſodia: in qua etiam quantum ad Ortographiam pertinet, obſervari debet**
  - Tempus, χρόνος, quod differentiæ tantum cauſa in dictionibus notatur: ut labor laboris, labor laberis: colo colare, colo colere.
  - Accentus, τόνος, qui apud Latinos etiā diſcretionis cauſa tantùm adhibetur: ut
    - Acutus: únde Interrogativúm. Virg. 8. Qui genus? únde domo? únde infinitúm. Propert. 1. Qualis, & únde genus.
    - Gravis: indignum ſine accentu, nomen eſt: indignùm interjectio. Ovid. V. Met. Eſſet, (& indignùm) ſcelerato profuit ara.
    - Circumflexus: ut, hic Pronomen ſine accentu, hîc adverbium cum circumflexo.

**Proſodia eſt,** quæ verſatur circa ſyllabas, & earum naturam oſtendit. Eſt autem ſyllaba vel literæ vocalis, vel plurium literarum comprehenſio. In hac conſideranda ſunt hæc accidentia.

- Numerus, ἀριθμὸς, quouſque procedere debeat.
- Spiritꝰ, πνεῦμα, quo ſyllabæ aliæ
  - Aſperæ: ut Thrax, Phryx.
  - Lenes: ut Mel, Fel.
  - Prolixæ: ut Mons, Fons.
- Ordo, τάξις, quo ſyllabæ aliæ
  - Primæ.
  - Mediæ.
  - Extremæ.
- Quantitas, ποσότης, quâ ſyllabæ aut
  - Breves.
  - Longæ.
  - Ancipites.
- Tempus χρόνος, vel ῥυθμὸς, quod eſt mora vel corruptio ſyllabæ: brevis enim, unum tempus habet: longa, duo: anceps varia.
- Acutus, τόνος, vel ἁρμονία: quo ſyllaba elevatur vel deprimitur pronunciando. Toni tres ſunt:
  - Acutus, ὀξὺς, ſeu Muſicorũ vocabulo ἄρσις, quo ſyllaba pronunciando attollitur.
  - Gravis, βαρὺς ſeu θέσις, quo ſyllaba medio vocis ſono vel æquabiliter profertur.
  - Circumflexꝰ ut inflexus περισπώμενος, quo ſyllaba tractim & cum mora effertur: Muſicorum nomine βάσις.
  - In his conſiderandæ regulæ
    - In pronunciando
      - Penultima brevi accentus transfertur in antepenultimam: ut, Omnib. hoc vicium eſt cantoribus inter amicos.
      - Penultima longa, accentus in eodem manet: vel acutus, ſi ultima longa ſit, vel circumflexus, ſi ſit brevis. ut: Hôſtis amâre quid increpitas, mortemq; minâris?
    - In ſcribendo accentum Latini non notant, niſi differentiæ cauſa. ut, péndere & pendêre, éxcitus & excîtus: Fidîcina, ſubſtantivum, quæ canit fidibus: Fidicîna adjectivum. Virg. 3. Aurunci misêre patres, Fidicináq; juxta littora.

## DE ETYMOLOGIA.

**Etymologia verſatur circa orationem, & partium atque caſuum diſcrimina, quæ in dictionibus tradit. In ea duo ſunt conſideranda:**

- Varietas nominis. Appellatur
  - Etymologia, à Græcis: quia de ortu vocabulorum & eorum ſignificatione loquitur.
  - Originatio, à Scauro: eandem ob cauſam.
  - Veriloquium, à Cicerone, ad verbum.
  - Notatio, ab eodem & à Græcis σύμβολον.
- Partes orationis, quæ diſtinguuntur duplici modo:
  - Minus uſitatè. Quidam enim faciunt.
    - Duas, Nomen & Verbum: ut Peripatetici, reliquas enim partes vocant συγκατηγορήματα.
    - Quatuor, Nomen, Verbũ, Pronomen, Conjunctionem: ut Stoici, etiam reliquas his includunt.
  - Uſitatè, numerantur octo:
    - Declinabiles. ſeu mobiles.
      - Nomen. — ὄνομα.
      - Pronomen. — ἀντωνυμία.
      - Verbum. — ῥῆμα.
      - Participiũ. — μετοχή.
    - Indeclinabiles, ſeu immobiles.
      - Adverbium. — ἐπίρρημα.
      - Præpoſitio. — πρόθεσις.
      - Conjunctio. — συνθεσμὸς.
      - Interjectio. — Apud Græcos inter Adverbia recenſentur, ut Græcorum articulus inter Pronomina.

## DE NOMINE.

- **Nomen**
  - Quid? Nomen eſt pars orationis, quæ rem ſignificat non actionem.
  - Attributa
    - Diviſio
      - Proprium quod uni ſoli rei cōvenit idq;
        - Generale ut:
          - Animalium vel ratione
            - Utentium
              - Deorum.
              - Virorum.
            - Non utentium
              - Canum.
              - Equorum.
          - Rerum cœleſtiū
            - Planetarum: Mars, Venus:
            - Stellarum. Arcturus, Corona.
            - Ventorum. Eurus, Ergaſtes.
          - Locorū
            - Regionū & Inſul. Italia: Sicilia.
            - Urbium & Oppidor. Roma.
            - Maris & ſinuum. Oceanus Germanicus.
            - Fluvior. & lacuū. Sinus Bajanus.
            - Montium. Melibocus.
            - Sylvarum. Hercinia.
          - Temporis: Menſium, ut: Aprilis, Majus.
        - Speciale ut:
          - Fontium: ut: Hippocrene.
          - Oſtiorum: Spineticum Padi.
          - Viarum: Appia.
          - Regionum: Tranſtiberina.
          - Vicorum: Cornelius, Argentarius.
          - Tribuum: Romilia.
          - Pontium: Mulvius.
      - Cōmune ſeu Appellativum quod ad multos pertinet. (vid: Colum: 2ich.)
        - Subſtantivum, cujus ſignificatio per ſe abſque altero addito intelligitur, eſtque
          - Concretum } ut { Homo.
          - Abſtractum } ut { Sapientia.
        - Adjectivum, cujus ſignificatio abſq; altero addito intelligi non poteſt.
          - Non comparatur ut: aliquis.
          - Comparatur: de quibus infra.
    - Accidentia
      - Genera. 7. Caſus. 6.
      - Numeri. 2. Declinationes 5.
      - Figuræ. 2. Species. 2.

## DE GENERE.

- **Generis agnitio.**
  - Simplex: quæ fit per articulos
    - Maſculinum. / Fœmininum. / Neutrum. / Commune. / Omne. — Cum præponitur articulus — Hic. / Hæc. / Hoc. / Hic, hæc. / Hic, hæc, hoc.
    - Promiſcuum: Cum uno articulo duo genera complectimur, ut hic bubo, hæc panthera.
    - Dubium: Cum articulis duobus pluribusvè rem unam notamus, ut hic & hæc finis, hic & hæc & hoc penus.
  - Artificio ſa.cognoſcitur
    - Significatione, ut
      - Maſc. gen.
        - Virorũ: Antipho, Clinia, Davûs
        - Virorũ officiorũ: Conſul: Prætor.
        - Menſiũ: Januarius, April. Sept.
        - Ventorum: Auſter, Ergaſtes.
        - Fluvior: Albis, Moſella, Orontes
        - Excipiuntur quædam — Fœminina, ut: Allia, Styx, Lethe. Neutra: Jader.
      - Fœm: gen:
        - Mulierum: Penelope, Ceres, Minerva. Exceptis Græcis Glycerium, &c.
        - Muliebriũ officiorum, ut obſtetrix, mater, uxor, ancilla.
        - Regionum: Ægyptus, Germania.
        - Urbium: Carthago, Lacedæmon, Roma ex his
          - Maſculina — Singularia, ut: Sulmo. Pluralia, ut: Gabii, Philippi.
          - Neutra — E. ut: Cære. / VM. Tarentum. / VR. Tybur. / A. Suſa.
        - Arborum, ut abies, ſalix, exceptis quibusdam.
          - Maſculinis: ut, oleaſter: ſpinus.
          - Neutr: ut, acer, robur, pro quercu
      - Neutri eaq; aut
        - Declinabilia — Leguminum: cicer, papaver. Fructuum: ceraſum, pomum. Exceptis fœmin. — Glans. Nux.
        - Indeclinabilia — Literarum. / Numeralia à quatuor ad centum, quinq; viginti, nonaginta, centum.
      - Communis gener. ſunt
        - Gentilia, ut Macedo, Dalmata
        - Appellativa quædam vel ſub
          - uno Articulo ut hic parens, homo, hæres, hæc virgo, hi liberi.
          - Duobus, ut: hic & hæc advena, municeps.
          - In his interdum fœminina in uſu ſunt: ut hoſpita.
        - Adjectiva: ut: hic & hæc imbecillis.
      - Omnis generis ſunt Adjectiva quæ tam de viris ac mulierib. ſub una terminatione, ut prudens, degener, frugi.
      - Promiſcui generis ſunt, Animantium nomina vel ſub uno articulo. — Maſcul. hic paſſer. / Fœm: hæc aquila. / Vtroque: hic & hæc dama
    - Terminatione. vid. ſeqq

## TERMINATIONE.

**Regulæ cognoſcuntur Terminatione.**

- **Vocalium**
  - A. Fœminina ſunt, hæc ſtella.
  - E. Neutra ſunt, ut, Mare.
  - I. peregrina Neutra ſunt, ut, Gummi, Sinapi.
  - O. Plerunque Maſculina ſunt, ut, Sermo.
  - V. Neutra ſunt, ut hoc Genu.
  - **Excipiuntur in**
    - **A**
      - Maſculina quæ à Græcis primæ declinationis formantur, ut hic Cometa.
      - Neutra quæ à Græcis quintæ declinationis deſcendunt, ut hoc Poëma.
      - Communia ſunt, quæ utrunq; ſexum notant, ut hic & hæc incola, verna, indigena.
    - **E**
      - Fœminina ſingularia, quæ Græcam habent originem, ut, Epitome.
    - **O**
      - Fœm: DO, ut, Hirundo; GO, ut, Imago; IO, ut, Religio. Quib. additur Caro.
      - Maſculina ſunt diſſyllaba, ut: Ordo, ligo.
      - Neutrum unum eſt Pondo.
      - Communia, ut Latro, margo, cupido.
- **Conſonantium.**
  - C. Neutra ſunt ut: Lac, halec
  - D. Neutra ut: Aliud, aliquid
  - L. Neutra ut Tribunal, mel
  - M. Neutra: ut, Templum.
  - N. Neutra: ut, Flumen.
  - S. Fœminina præcedente.
    - Vocale: laus.
    - Conſonante: B. L. M. R. ut trabs, puls, hyems, mors.
- **Syllabarũ.**
  - T. Neutra ſunt, ut: Caput.
  - X. Fœminina ſunt, ut: fornax, ſupellex, radix, vox, lux, faux, falx, lanx, arx.
  - **Excipiuntur in**
    - **L**
      - Maſculina: ut Sal, mugil, Sol.
      - Fœmininum: Strigil.
    - **N**
      - Maſculina, pecten, ren, ſplen, lien.
      - Et à cano compoſita, Fidicen, cornicen, tibicen, Item Græca: ut Pæan, Hymen, Salamin, Phorcyn. Helicon.
      - Fœminina, Syren, Babylon.
    - **S**
      - Maſculina in NS: ut Dodrans, mons. PS: ut Cyclops, hydrops.
    - **X**
      - Maſculina in AX, Græca tantùm, ut Thorax, lymax.
      - Item, Grex, codex, frutex
      - Item, Bombyx, ſandix, calix, fornix, varix, &c.
      - Item partes aſſis: Quincunx, ſeptunx, deunx.

Syllabarum.

- AR, neutra ſunt: ut Calcar, torcular,
- ER, maſculina: ut Imber, carcer, ager.
- IR, maſculina: Vir cum compoſitis.
- OR, maſculina: Amor, Vapor.
- UR, neutra: Sulfur, guttur.
- AS, fœminina: Pietas.
- ES tertiæ fœminina: Ædes, merces, item quintæ, ut fides.
- IS, fœminina, ut: Amuſſis
- OS, Maſculina ut: Flos, mos, heros.
- VS, ſecundæ & quartæ declinationis Maſculina ſunt, ut Annus, arcus.

Excipiuntur in

- AR
  - Maſculina: ut Cæſar.
  - Fœminina: ut, Baccar.
- ER
  - Neutra, quæ deſinunt in
    - VER: ut, Cadaver.
    - CER: ut, Cicer.
    - TER: ut, Iter.
  - Item in BER quædā ut: Suber, tuber.
- OR
  - Fœmininum, arbor.
  - Neutra: cor, æquor, marmor, ador.
- UR, Maſculinum eſt, furfur.
- AS
  - Maſculina: As, adamas, vas vadis.
  - Neutra Vas vaſis, fas nefas.
- ES
  - Maſculina: Verres, pes cum quibusdam compoſitis.
  - Item quæ Genitivū in ITIS & IETIS. correptas faciunt, ut: fomes, aries.
  - Item. Græca, magnes, lebes. Et Meridies.
  - Neutrum Aes: Græca, Hippomanes, &c.
- IS
  - Maſculina, in quibus L vel N litera IS antecedit, ut, panis, funis, aqualis, natalis.
  - Item, quæ penultimam quavis ratione habent longam, ut caulis, collis, &c.
  - Excipiuntur peſtis, veſtis, febris, &c.
  - Item, quæ ERIS vel IDIS faciunt Genitivum. ut, Cinis cineris &c.
  - Item, ab AS compoſita, ut, Semiſſis, decuſſis.
- OS
  - Fœminina: Cos, dos, Eos pro aurora.
  - Neutrum, os, & Græca, melos, chaos.
- VS
  - Fœminina: vannus, humus, acus, manus.
  - Et quod plurale tantum Idus, Sic: Methodus.
  - Gemmarum nomina ut, amethyſtus.
  - Excipiuntur, berillus, &c. Item quæ V in obliquis retinent: ut ſalus, virtus.
  - Neutra: vulgus virus, pelagus, Itē 3tiæ declinationis, ut Corpus, Vulnus.

## DE NUMERO ET FIGURA.

- Numeri duo ſunt:
  - Singularis, cum de uno ſermo eſt: ut Amicus.
  - Pluralis, cum de plurib. ſermo eſt, ut: Amici.
- Figuræ duæ ſunt:
  - Simplex, quæ eſt prima nominis poſitio: ut, Doctus.
  - Compoſita, cui aliquid adjungitur: ut Indoct9. In compoſitâ figurâ quatuor cōſideranda.
    - Subſtantia, cum quib. orationis partib. componi ſoleant. Componuntur vel cum
      - Nominibus: Omnipotens.
      - Verbis: Horrifer.
      - Pronominibus: Ejuſmodi.
      - Præpoſitionibus: Iniquus.
    - Quantitas, ex quot partib. orationis cōponantur. E
      - Duabus, ut: Semivir.
      - Tribus, ut: Inexhauſtus, perquampauci.
    - Qualitas, quib. modis componantur, vel
      - Uſitatè idq;
        - Nulla mutatione facta, ut quæ fiunt ex duobus integris: jusjurandum.
        - Facta mutativè, ut quæ fiunt ex
          - Duobus corruptis ut: Artifex.
          - Integro & corrupto ut: inſulſus.
          - corrupto & integro ut: Meridies.
          - Mutantur autem aut
            - Vocales: ut A in
              - E, aptus, ineptus.
              - I, amicus, inimicus, ſapiens inſipiens.
              - V, ſalſus inſulſus.
            - Dipthongi: ut
              - AV in O, aula olla, plauſtrum ploſtrū.
              - OE in V, ut: pœna, punio.
            - Cōſonantes ut D, G, M In
              - F, Affinis.
              - N: Ignarus, Tantundem.
      - Minus uſitatè, ut ex
        - Peregrino & Romano: ut monoculus, thermopotare.
        - Peregrinis duob. ut autographum. Sardanapalus.
    - Habitus quo demonſtratur nominis flexio in caſib. obliquis. De qua hæ tenendæ ſunt regulæ
      - Nomen è duobus nominativis integris compoſitum, ex utraque parte declinatur: ut, Reſpublica, reipublicæ.
      - Nomen è Nominativo & obliquo compoſitum inflectitur vel ex parte una, ut: Juriſperitus Juriſperiti. vel utraque, ut: Roſmarinus Roſmarini. Hor. 3. Carm.
      - Nomen compoſitum è duobus obliquis ubique ſui ſimile eſt, & flecti nullo modo poteſt: ut, Ejuſmodi



Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id366723723/25 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

## DE CASIBUS ET DECLINATIONIBUS.

- **In caſibus conſideranda duo:**
  - **Definitio**
    - Nominativus, Eſt quo 1. Nominamus aliquid.
    - Genitivus, Eſt quo 2. Utimur interrogati, cujus vel originis vel poſſeſſoris res ſit.
    - Dativus, Eſt quo 3. Utimur attribuendo aliquid cuipiam.
    - Accuſativus, Eſt quo Perſonam aut rem verbo ſubjicimus.
    - Vocativus, Eſt quo Vocamus.
    - Ablativus, Eſt quo Utimur, cum auferri aliquid oſtendimus.
  - **Notæ**
    - Nominativi Nota eſt cum interrogamus per Quis.
    - Genitivi … Cujus.
    - Dativi … Cui.
    - Accuſativi … Quid, cum verbo Activo.
    - Vocativi … O vocandi Adverbium.
    - Ablativi … Quare, Vbi, A quo.
- **Declinationes ſunt quinq; ſingularum agnitiones fiunt per literas terminales, ut:**
  - **Primæ**
    - A nominum vel
      - Latinorum ut: Stella, indigena.
      - Græcorum, ut: Muſa, Cometa.
    - AS, ES, E Græcorum tantum ut: Æneas, Anchyſes, Eurydice.
  - **Secundæ nominum**
    - Lat: quæ gen. ſunt vel
      - Maſculini, in ER, IR, VR, VS ut: Sacer, Vir, Satur, Dominus.
      - Neutri in VM, ut: Scamnum.
    - Græcorum in EVS, ut: Tydeus.
  - **Tertiæ, vel**
    - Vocales quatuor A, E, I, O, ut Stemma, Sedile, Stimmi, Oratio.
    - Conſonantes ſex L, N, R, S, T, X, ut Vectigal, Carmen, Jubar, Salus, Caput, Cervix.
  - **Quartæ,** VS, V ut Fructus, Cornu.
  - **Quintæ,** ES, ut Species.
  - Cujus Genitivus definit in
    - 1. Æ: Stellæ.
    - 2. I, Sacri.
    - 3. IS: Vectigalis.
    - 4. VS: Fructꝰ
    - 5. EI: Speciei.

## Schematiſmus Declinationum omnium.

### Singularis.

| | I. | II. | III. | IV. | V. | Declinatio. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| N. | A. AS. ES. E. | ER. IR. VR. VS. EVS. VM. | A. E. I. O. L. N. R. S. T. X. | VS. V. | E S. | Nominativus. |
| G. | Æ. ES. | I. | I S. | VS. | EI. | Genitivus. |
| D. | Æ. E. | O. | I. | VI. | EI. | Dativus. |
| A. | AM. AN. EN. | VM. | EM. IM. | VM. | EM. | Accuſativus. |
| V. | AE. | R. E. EV. VM. | A. E. I. O. L. N. R. S. T. X. | VS. | ES. | Vocativus. |
| A. | AE. | O. | E. I. | V. | E. | Ablativus. |

### Pluralis.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| N. | AE. | I. A. | ES. A. | VS. A. | ES. | Nominativus. |
| G. | ARVM | ORVM | VM. IVM | VVM. | ERVM. | Genitivus. |
| D. | IS. | IS. | BVS. | BVS. | EBVS. | Dativus. |
| A. | AS. | OS. A. | ES. A. | VS. A. | ES. | Accuſativus. |
| V. | AE. | I. A. | ES. A. | VS. A. | ES. | Vocativus. |
| A. | IS. | IS. | BVS. | BVS. | EBVS. | Ablativus. |

## OBSERVATIONES DECLINATIONUM.

**In prima Declinatione.**

- Nominativus: ut in propriis in AS, quæ etiam A faciunt: ut Procas & Proca.
- Genitivus
  - Singularis hic mutatus interdū ab antiquis eſt, ut in Nominibus.
    - Impuris, quæ reſolutam habent dipthongum: nam pro Aulæ veteres dixerunt Aulai.
    - Puris, & in RA deſinentibus, in quibus dipthongus Æ, in Græcam terminationem AS mutat, vel uſitate, ut auras pro auræ, vel minus uſitatè, ut in latinis cuſtodias pro cuſtodiæ.
  - Pluralis qui in nominib. compoſitis admittit Syncopen ut: Cœlicolûm pro cœlicolarum. Virg.
- Dativus pluralis qui in quibusdam Nominibus ABUS finit: ut ambabus, animabus, deabus, dominabus, duab. equab. filiab. libertab. mulab. natabus, puellabus.

**In ſecunda Declinatione. Sunt in ſingulari**

- Nominativus, qui declinatur aut
  - Pari numero ſyllabarū ut quæ finiunt
    - US, ut: DEUS, Dei.
    - UM, ut: templū, templi.
  - Quorum ſyllabæ augentur in obliquis, ut quæ terminantur in
    - UR, Satur, ſaturi.
    - IR, Vir, viri.
    - EUS, Orpheus, Orphei.
  - Utroq; modo, ut quæ in ER deſinunt ut: faber, fabri, adulter, adulteri.
- Accuſativus qui in nominibus neutris in utroque numero ſimilis eſt Nominativo.
- Vocativus, qui in nominibus deſinentibus in
  - ER, IR, UR, UM: Similis eſt Nominativo.
  - US
    - Impurum mutat VS in E, ut: Dominus Domine, Excipiuntur: DEUS, populus, fluvius.
    - Purum qui abjicit US, & retinet vocalem antecedentem: ut Filius fili.
  - EUS, qui S extremam literam abjicit, ut Tydeus, Tydeu.

## OBSERVATIONES DECLINATIONUM.

**In Tertia**

- Vocales Nomina in
  - A Græca, aſſumunt Tis, ut: Poëma poëmatis.
  - E, mutant E in IS ut: Cubile cubilis, mare maris.
  - I, non declinantur, ut: Sinapi.
  - O recipiunt NIS penultima longa: ut Juno Junonis, ſermo ſermonis Excipiuntur
    - Gentilia, penultima brevi: ut Macedo Macedonis Excipe vaſconis.
    - In DO & GO abjiciunt O, & aſſumunt INIS, brevi penultima ut: Margo marginis, homo hominis.
    - Excipiuntur ſpado ſpadonis: itē cerdo, hellico, &c.
    - Anio Anienis, caro facit carnis.
- Conſonātem unam
  - C. ut: Halec halecis, lac lactis.
  - D. Bogud Bogudis. David Davidis.
  - L,
    - Communiter aſſumunt IS: ut Tribunal tribunalis. In duobus geminatur conſonans poſtrema: ut fel fellis, mel mellis.
  - N
    - Quæ ENIS, faciunt penultimam producunt ut: ſplen ſplenis.
    - Quæ INIS habent, eandem corripiunt, ut: Carmen carminis.
  - R aut
    - IS aſſumunt: ut nectar nectaris, mulier mulieris, vultur vulturis.
    - Ante RIS ſyllabam, mutam habent: ut celeber celebris, acer acris.
  - S
    - Purum, DIS habent: ut laus laudis, præs prædis.
    - 1. Impurum, quæ habent ante literam terminalem B. M. P. aſſumto I penulimam corripiunt: ut Arabs, Arabis, hyems hyemis, inops, inopis.
    - 2. Impurum, quæ habent ante literam terminalem L. N. R. terminalem in TIS mutant: ut, puls pultis, mens mentis, mors mortis.
  - T: ut Caput capitis. Eodem modo compoſita, occiput, ſinciput.
  - X. quædam Genitivum
    - In CIS faciunt: ut fornax fornacis, codex codicis &c.
    - In GIS ut: lex legis, conjux conjugis, Phryx Phrygis.
    - Excipiuntur remex remigis, ſupellex ſupellectilis, nox noctis, nix nivis, ſenex ſenis.

## OBSERVATIONES DECLINATIONUM.

**In Tertia** — Vocalē ſequente conſonante ut: in

- **A S.** penultimam per ATIS productam faciunt: ut pietas, pietatis. Excipiuntur
  - Græca
    - Maſculina, in quibus aliquid interponitur, ut: adamas adamantis.
    - Fœminina, quæ denſam in mediam mutant, ut: lampas, lampadis.
  - Monoſyllaba quæ à regula excidunt; Vas vadis.
- **ES.**
  - Iſoſyllaba terminationem nominativi in IS mutant, ut pubes, pubis.
  - Perittoſyllaba quædam
    - ETIS habent modò correptam, ut: teges tegetis: modò productam, ut locuples locupletis.
    - ITIS correptam: ut miles militis, ſoſpes ſoſpitis.
- **IS**
  - Iſoſyllaba — in Genitivo cum Nominativo conveniunt, ut hic piſcis, hujus piſcis.
  - Perittoſyllaba, quædā habent
    - IDIS correptā: ut lapis lapidis.
    - ITIS productā: ut: lis, litis, Samnis Samnitis.
    - Excipiuntur
      - Quæ ab antiquis Nominativis in ER veniunt, ERIS in genitivo retinent, ut vomis, vomeris, cujus generis pulvis, cinis, cucumis.
      - Quæ à Nominativis in EN, in Genitivo INIS faciunt, ut pollis pollinis, ſanguis ſanguinis.
      - Extra Regulam eſt Glis gliris.
- **O S.** Quædam
  - ORIS habent: ut flos floris, honos honoris.
  - OTIS: cos cotis, ſacerdos ſacerdotis.
  - Excipiuntur
    - Compos compotis, impos, impotis, quæ penult: corripiunt.
    - Item Cuſtos cuſtodis, os oſſis, bos bovis.
- **VS**
  - Fœminina quædam
    - VTIS: faciunt ut: virtus virtutis.
    - VDIS: Palus paludis.
    - Excipiuntur
      - Pecus pecudis, Intercus intercudis, Tellus telluris — penultima correpta:
  - Neutra aut
    - ERIS: habent ut genus generis, latus lateris:
    - ORIS: ut frigus frigoris, tempus temporis.
  - Duo Maſculina à regula excidunt, ut: lepus leporis, ligus liguris.
  - Monoſyllaba VRIS faciunt, ut: mus muris, thus. Excipe grus & ſus, quæ gruis & ſuis faciunt.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id366723723/30 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

## OBSERVATIONES DECLINATIONUM.

**In Tertia.**

**De Accuſativo**

Accuſativi terminatio eſt varia: Latina quædã Accuſativũ faciunt in
- EM. ut: Sacerdotem, ſermonem.
- IM. ut
  - Turrim, ſecurim, tuſſim, ſitim, vim, reſtim, puppim, pelvim, burim.
  - Itẽ propria, Albim, Fabarim, Tyberim.
- EM & IM. ut: Febrem, febrim, navem navim. Sic puppis, reſtis, ſecuris.

**De Vocativo**

Vocativus aut
- Similis eſt Nominativo apud Latinos
- Finalem Nominativi literam abjicit, ut in nominibus Græcis deſinentibus in
  - Pallas Palla.
  - Chremes Chreme.
  - Alexis Alexi.

**Ablativo quædam**
- E finiuntur, ut uſitatè pleraque: Sermone, Sacerdote.
- I faciũt
  - Neutra in
    - E. cubile cubili
    - AL. Tribunal tribunali
    - AR. Calcar calcari
    - Excipe: far, jubar, nectar, epar.
  - Adjectiva quæ genus Neutrum in E faciunt, ut acer acri.
  - Nomina propria
    - Gentis, Aquinas Aquinati.
    - Menſis, December Decembri.
  - Ea nomina quæ in Accuſativo IM, ut bipennim bipenni, navim navi.
- E & I terminant, ut
  - Adjectiva, quæ una terminatione generis omnis ut: felix, à felice vel felici.
  - Comparativa: ut, pejor à pejore vel pejori.
  - Subſtantiva quædam in
    - IS: ut Ignis ab igne & igni, amnis, anguis, avis, canalis, civis, poſtis, vectis, unguis.
    - L. R. X. NS. ut Vigil. Imber. Supellex, victrix. Tridens.
  - Quæ in Accuſativo utranque terminationem habent: ut, febris à febre & febri.

## OBSERVATIONES DECLINATIONUM.

### De Nominativo Plurali.

Nominativus pluralis deſinit aut in
- ES / A, ut in: Nominibus maſculinis & fœmininis / Nominibus neutris, ut: Sacerdotes. / Munera.
- IA, ut in neutris quorum Ablativus ſingularis, vel per
  - I tantum deſinunt: ut vectigalia
  - E & I: paria, felicia.
  - Excipe Neutra & comparativos, majora, minora, plura.

### DE GENITIVO.

Terminatio Genitivi eſt duplex
- In VM nominū, quæ eſt cōmunis terminatio ut: Virginum, Sermonū, Sacerdotū.
- In IVM ut ſunt
  - Quorū nominativi terminantur vel
    - Duabus conſonantib. ut: Vrbs urbium, frons frondium, cohors cohortium.
    - Vna duplice: ut Falx falcium, merx mercium.
  - Deſinētia in ES / IS Quæ nō creſcunt Genitivis, ut: Ædes ædium. Vitis vitium. Excipiuntur in:
    - ES: merces mercedū, vates vatum.
    - IS: panis, canis, juvenis, volucris.
  - In ES pluralia tantùm: ut, manes manium, optimates optimatium. Excipiuntur, ambages ambagum, cœlites, primores, proceres, opes.
  - Pleraq; monoſyllaba, ut cor cordiū, lis litiū, mas mariū, mus muriū. Excipiuntur in: R / S / X, ut: Fur. Pes, flos, mos, crus, laus, fraus. Bos facit boum. Nux, rex, vox.
  - Quorum Ablativus ſingularis deſinit vel per I tantùm: / E & I, ut: Cubilium. / Felicium.

### DE ACCUSATIVO.

Accuſativi terminatio, aut eſt
- Uſitata ut ES, / A, In Genere
  - Maſculino & Fœminino: ut hi & hæ felices.
  - Neutro: ut hæc felicia.
- Minus uſitata eaq;
  - Poëtica in EIS, à genitivis in IVM, ut parteis, omneis.
  - Græca in AS, ut: Cycladas.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id366723723/32 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

# OBSERVATIONES DECLINATIONUM.

## DE DATIVO & ABLATIVO.

**Dativo & Ablativo nomina**
- Latina, Bus terminantur, ut: Fluminibus.
- Græca in A, neutra duplici modo finiuntur, ut: Epigramma Epigrammatibus, Epigrammatis.

## DE QVARTA DECLINATIONE.

**In quarta declinatione à regula communi diſcrepant**
- Singulari
  - Maſculina & fœminina quorum
    - Genitivum vetuſtiſſimi fecerunt aut
      - In VIS diviſas ſyllabas ut: Senatuis, anuis, ſed iis utendum non eſt.
      - In I. ut Ornati, tumulti, pro ornatus tumultus.
    - Dativum veteres in V fecerunt Terent. Veſtitu nimio indulges: Virg. Venatu pro venatui veſtitui.
  - Neutra in V, non declinantur, quamvis Plinius Cornus poſuit.
- Plurali
  - Dativus & Ablativus, qui cum uſitatè in IBUS fiant, in quibusdam UBUS habent: ut acus, arcus, artus, ficus, lacus, partus, portus, quercus, queſtus, ſpecus, tribus. Et unum Neutrum Veru.

## DE QVINTA DECLINATIONE.

**In quinta Declinatione, in numero**
- Singulari
  - E I, vel
    - Productum ut in Nominibus puris ut Dies diei.
    - Correptũ ut in Impuris. ut Spes ſpei. Fides fidei.
  - E longum, quo Cœlius & Salluſtius in hiſtoria uſi ſunt; & qui tantùm apud Poëtas remanſerunt.
- Plurali
  - Genitivus in ERVM.
  - Dativus & Ablativus in EBVS
  - Qui tamen in non multis nominibus reperiuntur.

## DE ANOMALIS.

Anomala, id eſt, inæqualia, quæ formam communem non ſequuntur, quæque ad regulam non quadrant, quatuor ſunt generum. Fiunt enim vel:



Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id366723723/33 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

- **Anomala.**
  - Genere
    - Maſculin: Hic locus, hæc loca. Fœm. hæc carbaſus, hæc carbaſa. Neut: Cœlum hi cœli. Balneum, hæ balneæ & hæc balnea.
  - Numero quæ ſunt
    - Sing. nu. tantum
      - Maſculina: Aër, Sol, mundus, cum veſpere pontus & æther &c.
      - Fœminina: Vita, ſalus, ſoboles, proles, mors, gloria, tellus, &c.
      - Neutra: Ver, pelagus, Senium, ſolium, nihilumq́;, pedumq́; &c.
    - Plur. nu. tantum
      - Maſculina: Liberi, Annales, Natales atque Penates. &c.
      - Fœminina: Antiæ & ambages, Ædes, Argutiæ & alpes. &c.
      - Neutra: Ilia cum roſtris, Bellaria, Paſcua & Arma. &c.
  - Caſu quæ deficiunt aut in
    - Omni
      - ut: Frugi, nequā. Mane. Centum
    - Quibusdā
      - Quæ duos caſus habent, vel
        - Nominativum & Genitivum, ut: Tantundem tantidē.
        - Nominativum & Acuſativum, ut: Inficiæ inficias.
        - Nominativum & Ablativum, ut: Aſtus aſtu.
        - Accuſativum & Ablativum, ut: vicem à vice.
      - Quæ flectūtur tribus caſibus
        - Nominativo, Genitivo: Et Ablativo ut: Tabus, tabi à tabo.
        - Nominativo, Accuſativo: Et Ablativo ut: Lues, luem à lue.
        - Nominativo, Accuſativo & Vocativo: ut ſunt
          - Nomina neutra tertiæ: ut, Maria, mella.
          - Nonnulla quartæ: ut laurus.
          - Quintæ: ut Species, ſpecierū enim & ſpecieb. non dicitur.
      - Quæ quatuor caſus obliquos habent carentes, vel
        - Nominativo: ut Frugis, dapis, opis, precis.
        - Vocativo qualia ſunt. Negativa ut: nullus. nemo, Interrogativa, Quis, uter, &c.
  - Declinatione variant in caſu
    - Recto
      - Singulari in declinatione
        - Prima: barbaria, barbaries, juventa, juventus, buccina buccinū.
        - Secunda: cum tertia: ut capus capo, contagium, contagio.
        - Tertia: ut, deſpectio deſpicientia, Arabs arabis, Arabus arabi, paupertas pauperies.
        - Quarta: ut teſtu teſta, eventus eventum, acceſſus acceſſio.
        - Quinta: ut mollicies, mollitudo.
      - Plurali in declinatione
        - Prima cum ſecunda: ut, Grammatica Grammaticæ, Grammatica Grammaticorum.
        - Secunda: ut, epulum epuli, epulæ epularum, jugerum jugeri, jugera jugerum.
        - Tertia: Vas vaſis, vaſa vaſorum.
    - Obliquis
      - Eadem declinatione, ut: Chremes Chremis & Chremetis.
      - Mutata: ut, Ficus hujus fici & ficus, requies requiei & requietis.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id366723723/34 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

## DE COMPARATIONE.

- Adjectiva comparãtur, quorum ſignificatio augeri minuivè poteſt.
  - Regulariter.
    - Gradus & eorũ terminationes ut ſunt
      - Poſitivus prima vox Adjectivi: cujus terminationes ſunt
        - R, S, X, NS ut Saluber. Doctus, fortis. Felix. Sapiens.
      - Comparativus quo alter alteri comparando præfertur, cujus terminationes ſunt:
        - OR: Maſculinorum & Fœmininorum, ut: doctior.
        - VS: Neutrorum: doctius.
      - Superlativus, quo unum aliquid multis aut etiam omnib. ſui generis præfertur. Hujus terminationes ſunt:
        - RIMVS, SIMVS, LIMVS ut Acerrimus. Doctiſſimus. Facilimus.
    - Regulæ quales ſunt
      - Poſitivi
        - Poſitivus quorundam nominatim duplicem habet terminationẽ, ut: Imbecillus Imbecillis, ſaluber ſalubris.
        - Poſitivus in R. & VS movetur per tria genera diverſis terminationibus, ut: hic doctus, hæc docta, hoc doctũ. Hic ſacer, hæc ſacra, hoc ſacrum.
        - In IS duobus generibus & totidem terminationibus, ut: hic & hæc dulcis, & hoc dulce.
        - In X. & NS. una tantùm terminatione: hic, hæc, hoc felix, ſapiens.
      - Comparativi
        - Comparativus fit à caſu poſitivi: I terminato, adjecto OR: ut pudicus pudici pudicior.
        - Quæ habent VS purum, nomina per poſitivum & adverbium circumſcribuntur: ut pius, magis, pius.
        - Quæ deſcendunt à Dico, Volo, & Facio, ſequuntur terminationem eorum, quæ NS finiunt, ut: maledicus maledicentior, benevolus, magnificus.
      - Superlativi
        - Quæ R. finiunt à nominativo poſitivi faciunt ſuperlativum, adjecto RIMVS: ut, acer acerrimus.
        - Quæ S. & X. deſinunt, à caſu poſitivi in I. deſinente, formant ſuperlativos aſſumta litera S. & SIMVS, ut: audax, audaci audaciſſimus, docti, doctiſſimus.
        - Nomina quinq; ſunt in S. exeuntia, quorum ſuperlativus in LIMVS deſinit: ut, facilis facili facilimus. Sic agilis, gracilis, humilis, ſimilis, cum compoſitis.
  - Irregulariter. Vide A.



Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id366723723/35
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

A. Irregulariter, in quibus non eſt uſitata & regularis ſimilitudo Eaq; rurſ9 duorũ generum. Quædã n.

- Quæ carent certis gradibus vel
  - Poſitivo ut: Ocyor ocyſſimus.
  - Comparativo: ut
    - Pius, piiſſimus vel pientiſſimus.
    - Inclytus inclytiſſimus.
  - Superlativo: ut
    - Adoleſcens, adoleſcentior.
    - Juvenis, junior.
    - Senex, ſenior.
- Quæ omninò deflectunt à regula & conſuetudine communi
  - Bonus, melior, optimus.
  - Malus, pejor, peſſimus.
  - Magnus, major, maximus.
  - Parvus, minor, minimus.
  - Dexter, dexterior, dexterrimus & dextimus.
  - Siniſter, ſiniſterior, ſiniſterrimus & ſiniſtim9.

## DE SPECIE NOMINIS.

Species.

- Primitiva quæ à nulla aliâ deſcendit, ea que eſt in Nominib.
  - Propriis
    - Cato.
    - Craſſus.
  - Cõmunibus
    - Duplex
    - Triplex
- Derivativa: quæ ab alio deſcendunt: aut à
  - Nominibus vel
    - Propriis qualia ſunt
      - Patronymica q. paterna nomina.
        - Æneas, Ænea, Æneades.
        - Priamus, Priami, Priamides.
      - Gentilia, quæ patriam gentemque ſignificant,
        - Carthaginenſis.
        - Ægyptius.
    - Appellativis iisque vel
      - Adjectivis, ut: Salus ſaluber.
      - Subſtantivis: Janua, janitor.
      - Qualia ſunt
        - Abſtracta
        - Poſſeſſiva: cœlum cœleſtis.
        - Diminutiva: liber libellus.
        - Denominativa Cicer Cicero.
  - Ab aliis orationis partibus quæ appellantur
    - Verbalia, ut: Cubile à cubo.
    - Participialia, natans pro piſce, latrans pro cane.
    - Adverbialia hodiernus pro hodie,

FINIS.

# DE PRONOMINE.

**Proaomen**

- **Quid?** — Eſt vox, qua utimur in demonſtranda aut repetenda re ubi Nominis repetitio ingrata erat futura.
- **Accidentia ſunt**
  - 1 Genus. Unum revera pronominis genus eſt: ſunt enim, ut nomina adjectiva, omnia Pronomina generis omnis. Alia ſub terminatione.
    - Una, ut: Ego, Tu, Sui.
    - Duabus: Noſtras, Noſtrate.
    - Tribus: Ipſe, Iſte, Meus — a — um, ud, um.
  - 2. Numerus. Sunt a. duo
    - Singularis, Ego.
    - Pluralis, Nos.
  - 3. Perſona. Perſonæ ſunt tres:
    - Prima, Ego.
    - Secunda, Tu.
    - Tertia, Ille.
    - Referuntur autẽ Pronomina quædam ad perſonas
      - Certas ut ad
        - Secundam &
        - Tertiam, ut:
        - Quiſquis.
      - Omnes
        - Ipſe.
        - Quiſque.
        - Idem.
  - 4. Caſus ſunt totidem quot in nomine, niſi quod Vocativo carent omnia, exceptis tribus: Tu, Meus, Noſter & Noſtras.
  - 5. Figura, quæ duplex eſt,
    - Simplex: ut, Ego.
    - Compoſita, ut: Egomet, Cõponuntur a. Pronomina, vel
      - Inter ſe, ut ex
        - Duobus integris: ut: Illeego, ipſeego.
        - Corrupto & integro: Iſthic, illic.
      - Cum aliis orationis partibus vel cum
        - Nomine, ut: Illiusmodi, hujusmodi, ejusmodi, quæ manent omnia.
        - Adverbiis: ut Eccus pro Ecce is: ellus, vel eccillus pro ecce ille, eccipſus pro ecce ipſe, quæ Comicis tantum ſunt uſitata.
      - Cum particulis Mutis, ut: Egomet: hicce, hiccine: Tute, Tuapte.
  - 6. Species.
  - 7. Declinatio.

## DE PRONOMINE.

6. Species quæ itidem duplex
   - Primitiva. Pronominum aliud eſt
     - Demonſtrativum : Ego, tu, hic, iſte.
     - Relativum : Is, ipſe, qui.
     - Poteſtatis utriuſque, Ille.
     - Interrogativum, Quis?
     - Reciprocum, Sui.
     - Finitum, Ego.
     - Infinitum, Qui.
   - Derivata aliud enim eſt
     - Poſſeſſivum : Meus, tuus, ſuus, noſter veſter.
     - Gentile : Noſtras, veſtras.

7. Declinatio.
   - Primitiva declinantur ſuo quodam modo : ut Ego, tu, ſui : reliqua (exceptis genitivis & dativis ſingularibus, qui per omnia genera in IVS & I. flectuntur) ſequuntur in Maſculino & Neutro genere ſecundam declinationem nominis, in fœminino genere primam, ut: Ipſe, ipſa, ipſum : Ille, illa, illud.
   - Derivata ſequuntur declinationem nominum Adjectivorum, vel ſub terminationibus.
     - Duabus : ut, Noſtras, Noſtrate.
     - Tribus : ut Meus, mea, meum: Noſter, noſtra, noſtrum.

FINIS.

DE

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id366723723/38 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

# DE VERBO.

- **Verbum.**
  - Quid
    - Verbum eſt vox ſignificans aliquid agere aut pati.
  - προσκεί-μενα ſeu Attributa verbi octo
    - 1. διαίρε-σις ſeu Diviſio, differt n. verbum
      - Natura qua omne verbum aut eſt
        - Perſonale cui certi caſus præponuntur & poſtponuntur.
        - Impersonale cui
          - Certus caſus non additur ut: Licet, oportet, itur.
      - Qualitate
        - Finitum, quod certum numerum, perſonam, tempus habet ut: Lego.
        - Infinitum, quod nihil certi definit ut: Legere.
      - Affectione: Omne verbum ſignificat aut
        - Habitum animi: ut, Provideo.
        - Motum corporis, ut, Ambulo.
    - 2. Accidentia ipſa verbi ſunt octo
      - Genera, Verborum ſunt quinque
        - Activum.
        - Paſſivum.
        - Neutrum.
        - Deponens.
        - Commune.
      - Numeri, duo ſunt
        - Singularis.
        - Pluralis.
      - Perſonæ tres ſunt
        - Prima.
        - Secunda.
        - Tertia.
      - Tempora ſunt quinq;
        - Præſens
        - Præteritum.
          - Imperfectum.
          - Perfectum.
          - Pluſquamperfectum.
        - Futurũ.
      - Modi ſunt quinq;
        - Indicativus.
        - Imperativus
        - Optativus.
        - Cõjunctivus
        - Infinitivus.
      - Figuræ tres ſunt
        - Simplex.
        - Compoſita.
        - Decõpoſita.
      - Species duæ ſunt
        - Primitiva.
        - Derivativa
      - Conjugationes, quatuor ſunt
        - Prima.
        - Secunda.
        - Tertia.
        - Quarta.

## DE GENERE.

- Genera quæ ſunt ſignificationes verborũ ſuntq;
  - Uſitata eaque diſtinguũtur modis tribus
    - Significatione
      - Activum eſt, quod facere aliquid ſignificat.
      - Paſſivum, quod pati ſignificat.
      - Neutrum, quod nec agere nec pati ſignificat.
      - Deponens, quod habet agendi poteſtatem.
      - Commune, quod agentis & patientis ſignificationem habet.
    - Terminatione & Caſibus
      - Activum. definit in O. & recipit Accuſativum ut: Vulnero hoſtem.
      - Paſſivum. definit in OR. & recipit Ablativum cum præpoſitione ut: Vulneror ab hoſte.
      - Neutrum. definit in O. & recipit caſum cognatæ ſignificationis ut: Bibo vinũ.
      - Deponens. definit in OR. & recipit Accuſativum verbi activi ut: Patior injuriam. Exceptis, Naſcor, Orior, Labor. &c.
      - Commune. definit in OR. caſumq; tàm verbi activi quàm paſſivi admittit, ut: Criminor te, & criminor à te.
  - Minus uſitata
    - Neutra duplicia
      - Neutralia paſſiva. Quæ in O. deſinentia, prorſus ſignificationem, & caſum Paſſivorum habent, ut: Fio, Vapulo, Veneo.
      - Neutro-paſſiva. Quæ cætera quidem Neutra ſunt, præterita autem paſſivorum modo faciunt, ut: Audeo, auſus ſum, Gaudeo, Mœreo, ſoleo, &c.
    - Subſtantiva. Quæ nec actionem nec paſſionem ſignificant: ut ſunt: Sum, Forem, Fio & exiſto.
    - Mixta ſunt. Quæ modò neutrorum, modò deponentium terminatione efferuntur, ut: Aſſentio aſſentior, impertio impertior, &c.

## DE NUMERO.

Numeri duo ſunt:
- Singularis, ut: Lego.
- Pluralis, ut: Legimus.

## DE PERSONIS.

Perſonæ totidem quot in Pronomine:
- Prima, ut: Ego ſcribo.
- Secunda, ut: Tu ſcribis.
- Tertia, ut: Ille ſcribit.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id366723723/40 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft

## DE TEMPORE.

Tempora ſunt tria
- Præſens; quod præſentis temporis actionem ſignificat, ut: Venio.
- Præteritum
  - Imperfectum, quod actionem quidem cœptam, ſed incompletam ſignificat, ut: Veniebam.
  - Perfectum, quod actionem completam ſignificat, ut: Veni.
  - Plusquamperfectum, quod actionem jampridem perfectam atq; completam ſignificat: ut Veneram.
- Futurum, quo velle nos aliquid, vel debere fieri ſignificatur, ut: veniam.

## DE MODO.

Modi ſeu Inclinationes ſunt quinq;
- Indicativus. Qui ſimpliciter aliquid fieri aut non fieri definit. Dicitur alias Definitivus. ut: Probitas laudatur & alget.
- Imperativus, quo imperando utimur, ut: Noſce teipſum.
- Optativus, quo optamus, cujus notæ ſunt: O. Quàm. Utinam.
- Conjunctivus, qui inchoatam ſententiam, niſi ſubjungatur aliquid, non abſolvit. Cujus notæ: CVM, VT, SI.
- Infinitivus, qui ſine adjectione perſonæ aut numeri, nihil certè definit, unde & Perpetuus dicitur.

## DE FIGURA.

Figuræ verborum ſunt tres:
- Simplex, quæ à nulla alia orationis parte eſt compoſita, ut: Linquo.
- Compoſita, quæ ex duab. orationis partib. facta, ut: Relinquo.
- Decompoſita, quæ ex compoſitis nata, ut: Derelinquo.

## DE FIGURA COMPOSITA.

In Figura compoſita ſunt obſervanda
- Subſtantia, quæ ſc. partes orationis in compoſitione, habeant cum verbo ſocietatem. Quales ſunt
  - Nomen, Verbum, Adverbium, ut Magnifacio. Commonefacio. Maledico.
  - Præpoſitio ut: Adoro. eſtq; 2plex
    - Inſeparabiles, quod ſeparatim nihil ſignificent nulliq; caſui ſerviant
      - AM, Amputo.
      - AS, Aſpello.
      - CO, Cogo.
      - CON, Congrego.
      - DI, Divello.
      - DIS, Diſſipo.
      - RE, Redeo.
      - SE, Seduco.
      - TRA, Trajicio.
      - O, Omitto.
    - Separabiles vide A.
- Quantitas. B.



Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id366723723/41 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

## DE FIGURA COMPOSITA.

- A. Separabiles quæ ſeparatæ à verbis, & adjunctæ ſuis caſibus certas habent ſignificationes: quarum ſunt quindecim: —

| | |
|---|---|
| A, | Amoveo. |
| AB, | Abeo. |
| ABS, | Abſtineo. |
| ANTE, | Antepono. |
| CONTRA, | Contradico. |
| DE, | Deduco. |
| E, | Egero. |
| EX, | Extollo. |
| OB, | Obſto. |
| PRÆ, | Præcurro. |
| PRÆTER, | Præterveho. |
| PRO, | Prorogo. |
| POST, | Poſthabeo. |
| SUBTER, | Subterfugio. |
| SUPER, | Superſedeo. |

- B. Quantitas, quot partes orationis ſimul conjungantur in verbo, vel:
  - Duæ / Tres / Quatuor, ut Ambulo. / Deambulo. / Prodeambulo.

- Qualitas, quibus modis componantur:
  - Ex duobus integris, ut Advenio.
  - Ex duobus corruptis: ut, Efficio.
  - Ex integro & corrupto: ut, Inſideo.
  - Ex corrupto & integro, ut: Affero.

- In qualitate eſt conſideranda
  - Mutatio literarum, quæ fit aut
    - In verbis, in quibus aut
      - Mutantur vocales: ut:
        - A in I. ut: Facio, efficio.
        - A in E. ut: Halo, anhelo.
        - E in I. ut: Sedeo, inſideo.
      - Contrahuntur Dipthongi —
        - Æ in I ut: lædo, illido.
        - AV in
          - O: Plaudo, Cōplodo.
          - V: Claudo, cōcludo.
          - OE: Audio, obœdio.
    - In Præpoſitionibus, in quibus conſonans aut —
      - Mutatur in aliam conſonantem ut in
        - OB, & SUB, in quibus B. mutatur in
          - C. Occido, Succenſeo.
          - F. Offundo, Suffoco.
          - G. Suggero.
          - M. Summitto.
          - P. Oppono, Supprimo.
          - R. Surripio.
          - S. Suſcipio.
        - AB, in qua D. mutatur in —
          - C. Accurro.
          - F. Afficio.
          - G. Aggrego.
          - L. Alludo. N. Annumero.
          - P. Appareo. R. Arripio.
          - S. Aſſumo. T. Attingo.
        - CIRCUM: M in N, Circundo.
        - IN, N mutatur in
          - L, Illabor.
          - M, Imbibo.
          - R, Irreligo.
        - CON, N. mutatur in
          - G, Cognoſco.
          - L, Collido.
          - M, Cōmendo.
          - R, Corrigo.
      - Utranq; naturam obtinet
        - IN: Indico, Illuſtro.
        - PER: Perfero, Pellego.
        - INTER: Interpono, Intelligo.
      - In Dipth: mutatur: ut AB in AV. ut aufero, aufugio.
      - Interponitur aliquid Euphoniæ cauſa, ut: ambedo, amburo, redeo, &c.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id366723723/42 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft

## DE FIGURA COMPOSITA.

- In verbis decompoſitis.
  - Interdum conjunguntur præpoſitiones, quæ contrariè ſignificant, ut: Diſconvenio, Interdum repetitur præpoſitio eadem, ut: Adalligo.
  - Plerunq; conjunguntur diversè, ——
    - AD, Adimpleo.
    - DE, Derelinquo.
    - IN, Inclino.
    - PRO, Prodeambulo.
    - PRÆ, Præconſumo.
    - SVB, Subinjicio.
    - SVPER, Superimpono.
    - TRANS, Transadigo.
    - CON, Compromitto.
    - RE, Recolligo.
  - Aliquoties decompoſitis una additur Præpoſitio, ut quæ componuntur ex
    - Duobus verbis — ut — Collabefacto, &c.
    - Verbo & nomine — ut — Præſignifico, &c.

## DE SPECIE.

- Species, ſeu formæ ſunt duæ:
  - Primitiva, quæ à nullo alio deſcendit, ut: lego.
  - Derivativa, quæ ab alio deſcendit, ut: Lectito.
- Derivatorum ſpecies ſunt 5.
  - Meditativa, ſeu Deſiderativa, quæ affectionem aut exercitationem ſignificant, hæc fiunt à ſupinis additis ſyllabis RIO, ut: Edo, eſurio.
  - Inchoativa vocantur, cum verbo adjicitur terminatio SCO. Fiuntq; à
    - Nominibus, ut puer, pueraſco, ſenex ſeneſco, ſenui.
    - Verbis, quæ fiunt à ſecunda perſona, ut: ardeo ardeſco.
  - Frequentativa, quæ in TO, aut SO, aut XO exeunt, fiuntque ——
    - A Supinis, ut: Tractum tracto. Viſum viſo, Nexum nexo.
    - Aut à ſecundis perſonis ut: Ago, agis, agito. Fugio, fugis, fugito.
  - Diminutiva in LO deſinunt, derivantur vel à
    - Nominibus: ut, Scintilla ſcintillo.
    - Verbis: ut, Canto cantillo.
  - Imitativa, quorum origo Græca eſt, & nota ſignificatio, quæ in SSO deſinunt, ut: Patriſſo, Atticiſſo.



Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id366723723/43
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

## DE CONJUGATIONE.

Conjugationes ſunt 4tuor:
- Prima,
- Secunda,
- Tertia,
- Quarta,

Hæc cognoſcuntur aut ex
- Ultima ſyllaba perſonæ ſecundæ Indicativi, ut ſit:
  - Primæ, AS.
  - Secundæ, ES,
  - Tertiæ, Quartæ: IS — Breve. / Longū.
- Penultima Infinitivi, ut ſit: Prima, Secunda, Tertia, Quarta, Quæ habet:
  - A longum.
  - E longum.
  - E breve.
  - I longum.

## De Præteritis ac Supinis primæ Conjugationis.

Verba primæ Conjugationis præteritum uſitatè faciunt in AVI, ſupinū in ATVM: ut Tento, tentavi, tentatum. Ex his verba

- Simplicia quædam
  - Extrito A, vocali, VI dividunt: ut Mico, micui, quod caret ſupino, quæ autem id habent aut deſinunt in
    - ITVM: ut, Crepo, crepui crepitum, cubo, domo. Item Sono, tono, veto.
    - CTVM: ut Frico, fricui, frictum. Seco, &c.
  - Duplicia habent præterita, in AVI & VI diviſas ſyllabas, ut: Neco, necavi, necatum. Et neco, necui, nectum: Plico &c.
  - Suam quandam formam retinent: ut Juvo, juvi, jutum: Poto, potavi, potatum & potum, do, ſto: lavo, &c.
- Compoſita
  - Aut communem regulam ſimplicium ſequuntur: ut, inclamo, inclamavi, inclamatum, dehoneſto, &c.
  - ſingulare quiddam habēt
    - Crepo: Diſcrepo, diſcrepavi, diſcrepatum. Increpo, increpavi & increpui, increpitum.
    - Cubo: Accubo & Accumbo, accubui. Sic Recubo & Incubo.
    - Mico: Emico, emicui, ſine Supino. Dimico, dimicavi, dimicatum.
    - Plico quod compoſitū: Cum nomine, non diſcedit à regula, ut: Duplico, duplicavi. Cum Præpoſitione duplex habet præteritum: Applico, Applicavi & applicui, applicatum & applicitum. *Sic*: Implico & Explico.
    - Do quatuor ſunt compoſita primæ Conjugationis, quæ naturam ſui ſimplicis ſequuntur: Circundo, Peſſundo, *Satisdo*, Venundo — dedi, datum.
    - STO mutant E vocalem in I.
      - Conſto, conſtiti, conſtitum:
      - Præſto, præſtiti, præſtitum & præſtatum.

## De Præteritis ac Supinis tertiæ Conjugationis.

Secundæ Conjugationis verba, uſitatè præteritũ faciunt in VI diviſas ſyllabas: ſupina in ITVM penultima brevi, ut: Habeo, habui, &c. Quod ad Supina attinet quædam

- Excipiuntur: ut, Cenſeo, cẽſui, cenſum. Careo, carui, caſſum. Sic Doceo, miſceo pateo, torreo, teneo.
- Supinis carẽt: ut verba neutri generis pleraque. Excipe Doleo, lateo, liceo, oleo, placeo, taceo, valeo. Item, imperſonalia, libet, miſeret, piget, pœnitet, pudet

Excipiuntur deſinentia in

- **BEO**
  - Jubeo, juſſi, juſſum. Sorbeo, ſorbui. Comp. Abſorbeo, abſorbui. Exorbeo, &c.
- **CEO**: Luceo, luxi, ſine Supino. Polluceo, polluxi, polluctum. Mulceo, &c.
- **DEO**
  - Quæ vocalẽ habent brevẽ ante D in DI faciunt præteritũ, ut: Sedeo, ſedi, ſeſſum. Video, vidi, viſũ.
  - Quæ vocalem aut ſyllabam longam in SI præteritum, ut: Ardeo, arſi arſum. Sic, ſuadeo, rideo &c. Excipiuntur duo, Prandeo & Strideo.
  - In DI præteritum faciunt, prima ſyllaba duplicata, hæc quatuor: Mordeo, momordi, morſum. Spondeo, Tondeo, Pendeo, &c.
  - Præterita Paſſivorũ habentia, Audeo, auſus ſum. Gaudeo, Prandeo.
- **GEO**
  - Quæ vocalem aut diphthongũ ante G habent, in XI faciunt præteritum, ut Augeo, auxi, auctum. Sic Frigeo, Lugeo.
  - Quæ conſonantem in SI: ut Fulgeo, fulſi, fulsũ. ſic tergeo, mulgeo, indulgeo. Supinis autem carent, Algeo, alſi, ſic turgeo, urgeo.
- **LEO**
  - Fleo, flevi, fletum. Et ejus Compoſitum Defleo. A PLEO & LEO antiquis verbis compoſita eodẽ pertinent: ut, Compleo, complevi, completũ. Sic expleo, impleo, repleo. Deleo, delevi, deletum, & Releo.
  - Ab OLEO compoſita præteritis & ſupinis variant
    - Regulam communem ſequitur, Suboleo, ſubolui.
    - Regulã non ſequũtur: Aboleo, abolevi, abolitũ. Exoleo, exolevi, exoletũ. Sic Inoleo.
    - Utranque formam habent: Adoleo, adolevi, & adolui, adultum. Sic Oboleo, &c.
  - Soleo, ſolitus ſum, extra regulam eſt.
- **NEO**: Neo, nevi, netum. Sic Maneo, manſi, manſum.
- **QVEO**: Torqueo, torſi, tortum. Sic Liqueo. &c.
- **REO**: Hæreo, hæſi, hæſum. Sic: Mereo. Mœreo, &c.
- **VEO**
  - Caveo, cavi, cautum. Faveo, Moveo, &c. Excipiuntur, fervi & ferbui. Compoſita conferveo, deferveo. Sic conniveo, &c. Per VI diviſas ſyllabas ut: Langueo, langui, ſine ſupino.
- **EO**: Eo, ivi, itum. ſic Queo, Vieo, &c.

Præterita Paſſiva à Supinis fiunt: ut Amatus, juſſus, nexus.

## De Præteritis ac Supinis tertiæ Conjugationis.

Tertiæ Conjugationis verba, quēadmodùm primæ & 2dæ nullum uſitatum & cōmune indiciū habent, ideò ex terminationib. præterita & ſupina obſervanda ſunt. Diſtinguuntur autem ſecundum verba

- Impura, in quibus ultimā vocalē præcedit cōſonans, ex quib9 quæ deſinūt in
  - BO.
    - ut: Scribo, ſcripſi, ſcriptum, Nubo, &c. Bibo, lambo, ſupina nō in uſu.
    - VI. diviſas ſyllabas, ut compoſita à Cubo, Accumbo, accubui, accubitum, &c.
  - CO.
    - CI & CTVM: ut, Ico, ici, ictum, &c. Excipe *Diſco*, didici, abſque Supino.
    - XI & CTVM: Dico, dixi, dictum. Sic Duco, &c.
    - VI unam ſyllabam, ut: Paſco, pavi, paſtum, Creſco. Quieſco, &c. Sciſco, Noſco, Ignoſco, Agnoſco.
    - VI ſyllabas diviſas & ITVM, ut: Compeſco, compeſcui, compeſcitum. Duplex Præteritum & Supinum habet Parco. Præteritis & Supinis carent, Hiſco, Fatiſco, Labaſco, & ſimilia.
  - DO duplicem habet rationē quædā n. in Præterito-
    - D. retinēt, faciuntq́; DI & SVM. Ex iis quædā retinēt, aut
      - Vocalem brevem, ut: Edo, edi, eſum. Comedo, &c.
      - Conſonātem eumque aut
        - Retinent, ut: Mando, mandi, manſū. Excipe, Pando, pandi, paſſum.
        - Abjiciunt, ut: Findo, fidi, fiſſum: Fundo, fudi, fuſum.
      - Syllabam priorē aut
        - Geminant, ut: Pendo, pependi, penſū. Sic Cado, cecidi, caſum. cædo, cecidi, cæſum.
        - Non geminant, ut: cōpoſita Appendo appendi. contendo, contundo, &c.
      - Ultimam geminant, ut à Do compoſita: Addo, Condo, &c. Dipthongum mutant in Supino, ut: à cædo compoſita. conſcidi, conſciſum
    - D. non retinēt faciūtq́; SI & SVM, ut quæ ante id habent aut
      - Vocalē longā, ut:
        - Cedo, ceſſi, ceſſum. Ludo, luſi, luſum. Excipiuntur Cudo cudi, cuſum, Strido. Rudo, &c. Huc compoſita. Concedo, &c. Divido, dividi, diviſum.
      - Dipthongū, ut: Lædo, læſi, læſū.
  - GO. quædā
    - XI & CTVM, ut Affligo, afflixi, afflictum. &c. Quæ N. literam ante GO habent, aut eandem in ſupinis.
      - Retinent, ut: Ango, anxi, anctū. Item: Clango, Lingo: Et compoſita Diſtinguo, Extinguo, &c.
      - Abjiciunt, ut: Pingo, pinxi, pictum. Huc compoſita à Lego, diligo, intelligo, negligo.
    - XI & XVM ut Figo, fixi, fixum. Frigo, &c.
    - GI & CTVM ut Ago, egi, actum. Frango, &c.
    - SI & SVM cū GO, R. litera præcedit, ut: Mergo, merſi, merſū.
    - Tria gemināt Præter: Tango, tetigi, tactū, ſic Pango & Pūgo.
- Pura vide A.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id366723723/46 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

## De Præteritis ac Supinis tertiæ Conjugationis.

- **HO**: ut, Traho, traxi, tractum. Veho, &c.
- **IO**: Meio, minxi, mictum, à Mingo.
- **LO**: duplicem habent terminationem
  - Quibus eſt L. ſimplex, in VI diviſas ſyllabas & TVM faciunt, ut: *Colo*, colui, cultum. Sic Conſulo. Occulo. Molo. *Alo*. Volo, &c.
  - Quibus eſt LL. geminatum. LI & SVM.
    - Fallo, fefelli, falſum. *Pello*, &c.
    - *Percello*, perculi, perculſum. *Pſallo*, pſalli
    - Refello, refelli, abſq; Supino. Sic Vello. &c.
- **MO**, duplicem habent terminationem, quædã
  - VI, diviſas ſyllabas, & ITVM, ut: Fremo, fremui, fremitum. Item, Gemo. Vomo. Tremo, tremui, ſine ſupino. Excipe, Emo, emi, emptum, cum compoſitis.
  - *PSI* & *PTVM*, ut: *Como* compſi, comptum. Demo. *Promo*. Sumo. Excipe premo, preſſi, preſſum, cum compoſitis.
- **NO**: duplicem habent terminationem, quædã
  - VI contractum ſyllabam, & TVM, ut: *Cerno*, crevi, cretum. Sic, Lino, Sino, Sperno, Sterno.
  - VI diremptas ſyllabas, ut: Gigno, genui, genitum. Sic Pono. Excipe a Temno compoſita, ut: Contemno, contemſi, contemptum. Item, *Cano*, cecini, cantũ. *Comp. Accino*.
- **PO**: unam habent terminationem, *SPI* & *PTVM*, ut: *Carpo*, carpſi, carptum. Sic Serpo, Sculpo, *Clepo*, Scalpo, Sarpo, Repo. Excipe hæc duo: Strepo, ſtrepui, ſtrepitum. Sic Rumpo.
- **QVO**: ut, *Coquo*, coxi, coctum. Linquo, liqui, lictum.
- **RO**: triplicem habent terminationem, quædã
  - *VI* unicam ſyllabam, & *TVM*, ut: Quæro, quæſivi, quæſitum. Tero. Sero, ſevi, ſatum. *Compoſ.* Cõſero, conſevi, conſitum, & conſero conſerui, conſertum. Sic Inſero, *Aſſero*, &c.
  - *SI* & *TVM*, ut Gero, geſſi, geſtũ.
  - *RI* & *SVM*, ut: Curro, cucurri, curſum. Verro, &c. Excipe Fero, tuli, latum, &c.
- **SO**, triplicem habent terminationem, quædã
  - *IVI* & *ITVM* penultima longa, ut: Accerſo, accerſivi, accerſitum, &c.
  - *SI* & *SVM*. ut: Faceſſo, faceſſi, faceſſitum. Viſo, &c. *Capeſſo*, inceſſo excipiuntur.
  - *VI* diviſas ſyllabas & *TVM*, ut: Depſo, depſui, depſitum. Sic Pinſo.
- **TO**: duplicem habent terminationem
  - *XI* & *XVM*, ut: Flecto, flexi, flexum. Sic *Plecto*.
  - *VI*, diviſas ſyllabas, & *SVM*, ut: Meto, meſſui, meſſum. *Sterto*, ſtertui, ſine ſupino.
    - Excipiuntur Mitto, miſi, miſſum. *Peto*, &c. Verto, verti, verſum. Item compoſita à *Siſto*, ut: Aſſiſto, aſtiti, Reſiſto, reſtiti.
  - Nonnulla utranq; præteriti terminationem habent, ut: Necto, nexi & nexum. *Sic Pecto*, &c.
- **VO**: unam habent terminationem, *VI* unam ſyllabam & *TVM*, ut: Solvo, ſolvi, ſolutum. Excipe, Vivo, vixi, victum.
- **XO**: Texo, texui, textum.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id366723723/47
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft

## De Præterito et Supino tertiæ Conjugationis.

A.
Pura, in quib. poſtremā vocalem antecedit alia vocalis, ut ſunt deſinentia in

- CIO, duplicem habent terminationem
  - *CI & CTVM*, ut: Facio, feci, factum. Jacio, &c. Item Compoſita Adjicio, Afficio, &c.
  - *XI & CTVM*, ut compoſita à verbis inuſitatis, *LACIO & SPECIO*, ut, Allicio, allexi, allectum. Aſpicio, &c.
- DIO: ut Fodio, fodi, foſſum: item compoſita, Effodio, Infodio, &c.
- GIO: ut Fugio, fugi, fugitum, cum compoſitis.
- PIO: hæc variant inter ſe, ut: Capio, cepi, captum. Cupio, Rapio, Sapio. &c.
- RIO: ut Pario, peperi, partum & paritum.
- TIO: ut Quatio, quaſſi, quaſſum. Compoſita mutant. Concutio, concuſſi, concuſſum.
- VO: diviſas ſyllabas, duplicem habent terminationem
  - *VI* diviſas ſyllabas & *VTVM*: Acuo, acui, acutum. Arguo, Exuo, Item Imbuo, Induo, Suo, Luo, &c.
  - *XI & CTVM*, ut: Struo, ſtruxi, ſtructum, Fluo, &c.

## De Præteritis et Supinis Passivorum et Deponentium.

Verborum Paſſivorum & Deponentium, præterita ſumuntur à participiis, participia verò formantur à ſupinis: ut, Legor Nelectu, lectus ſum, Lædor, Nector, &c. Deſinunt autem vel in

- OR purum: ut
  - Patior, paſſus / Gradior, greſſus / Orior, ortus — ſum.
  - Morior, mortuus / Fruor, fruitus & fructus — ſum, cum compoſitis.
  - Præterea compoſita à Tuor, ut: obtuor obtutus ſum.
- OR: Impurum ut, quæ deſinunt in
  - BOR: Labor, lapſus ſum, cum compoſitis.
  - COR: Adipiſcor, adeptus / Comminiſcor, cōmentus / Defatiſcor, defeſſus / Expergiſcor, experrectus / Iraſcor, iratus / Nanciſcor, nactus / Naſcor, natus / Obliviſcor, oblitus / Paciſcor, pactus / Proficiſcor, profectus. / Ulciſcor, ultus — ſum. Reminiſcor & veſcor, præteritis carent.
  - GOR: Fungor, functus ſum.
  - QVOR: Loquor, locutus ſum. / Sequor, ſecutus ſum. — cum cōpoſitis.
  - TOR: Amplector, &c.

## De Præteritis et Supinis quartæ Conjugationis.

Verba quartæ Conjugationis *ivi* & *itum* penultima longa faciunt: ut, Ambio, ambivi, ambitũ. Deſinuntq; in *Io* omnia præter *Eo* & *Queo*. A communi regula diſcrepant nõ multa: ut in

- CIO: duplicẽ habent terminationem. Quædam
  - SI & TVM, in quib. antecedit litera
    - L. Fulcio, fulſi, fultum.
    - R. Farcio, farſi, fartum. Excipe Raucio, rauſi, rauſum.
  - XI & CTVM, in quibus N. præcedit: ut
    - Vincio, vinxi, vinctum,
    - Sancio
      - Sanxi, ſanctum.
      - Sancivi, ſancitũ.
- LIO: Sepelio, ſepelivi, ſepultum. Salio duplex habet præteritum. Item Exilio.
- NIO: Venio, veni, ventum.
- PIO: Sæpio, ſæpſi, ſæptum.
- RIO:
  - Haurio, hauſi, hauſtum. Sic Aperio, aperui, apertum.
  - Ferio præterito caret & ſupino.
- TIO: Sentio, ſenſi, ſenſum.

Paſſiva & Deponentia, mutantur præterita à participiis, ut: Audior, auditus ſum. Excipiuntur Experior, expertus ſum, Metior, Ordior & Orior cum compoſitis &c.

## DE ANOMALIS.

- Genere Anomala ſunt, quæ duplici genere efferuntur: ut, Aſſentio aſſentior, Comperio comperior. Sic Fabrico, Impertio, Jurgo, Lacrimo, Populo, Revertor. Hæc autem ſimpliciter anomala non ſunt, ſed comparatione fiunt.

Anomala propriè ſunt inæqualia, quæ communem conſuetudinẽ ac regulam uſitatam non ſequuntur. Verſanturq; circa quinq; verbi accidentia. Genera, Modos, Tempora, Speciem, Conjugationem.

- Modo anomala rectè dicuntur defectiva, quia non in omnibus modis conjugantur, ut:
  - Aio, ais, ait, Aiebam integrè: Ajat, ajamus, ajant.
  - Ave, avete, aveto, avetote.
  - Salve, ſalvete, ſalveto, ſalvetote.
  - Vale, valete, valebis. Sic Salve, &c.
  - Abſtit, pro abſiſtit.
  - Cedo pro da vel dic.
  - Confit, confieri. Sic Defit &c.
  - Faxo, faxis, faxit, faxim, faxint.
  - Forem, fores, foret, forent, fore.
  - Fuat pro ſit, & pro deſit defuat.
  - Inſit pro incipit.
  - Inquio ſeu inquam, inquit, inquiunt. Reliqua vide tempora.
  - Quæſo, quæſumus,
- Tempore A.
- Specie B.
- Conjugatione C.



Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id366723723/49
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

## DE ANOMALIS.

- Temporibus deſtituuntur, quædam ſunt
  - Anomala, quæ mutant aut
    - Præteritum: quæ neutra cum ſint, deponentiũ gaudent Præteritis: ut,
      - Audeo, auſus.
      - Fido ſiſus.
      - Fio, factus.
      - Gaudeo, gaviſus.
      - Mœreo, mœſtus.
      - Prandeo, pranſus.
      - Soleo, ſolitus.
    - Futurum Eo ibo, Queo quibo, Nequeo nequibo, Scio ſcibo &c.
  - Elliptica, id eſt, non integra in iis deſuit aliquid aut
    - Simpliciter eaq; duarũ ſunt partiũ.
      - Quædam nullum habent præteritum, ut: quæ finiuntur terminatione inchoativorum, ut Fatiſco, Labaſco. Item Ferio, &c.
      - Quædam ſolum habent præteritum cum temporibus, quæ inde formantur, ut: Memini, Odi, Cœpi.
    - Figuratè
      - In præſenti Imperativi quædam, ut: Dic, Duc, Fac, per Apocopen.
      - Nam FER nihil admittit in carmine.
  - Διαφορικὰ quæ ſunt cõparatione & ſignificatione differũt ipſa quoq; generum duorum.
    - In prima perſona præſentis conveniunt, ſed diſcernuntur conjugatione & ſignificatione: ut, Colo, colare & colere, Dico, Fundo, Lego, Sero, Volo. &c.
    - Conveniunt præteritis, ſed non ſignificatione: ut Acuo & aceo acui, Frigeo & frigo frixi. Sic Lugeo & luceo luxi, Fulgeo, Mulgeo, Pendeo, Paveo, Polleo, &c.
- Specie, anomala ſunt, quæ aliorum modo non deducuntur, ut in
  - Meditativa: Ligurio à lingo, exempta liquida.
  - Inchoativa: Hiſco à hio hias, non hiaſco, exempta vocali.
  - Frequentativa: Tueor tutor: Sequor, ſector, non tuetor aut ſecator.
- Conjugatione anomala ſunt triplicia, alia
  - Revera, quæ ſuo quodammodo conjungantur, eaque à quibusdam ambiguè declinata nominantur: qualia ſunt: Sum, Volo, Fero, Edo cum compoſitis. Item Malo & Nolo.
  - Per comparationem, quæ diverſis flectuntur conjugationibus, eâdem ſignificatione: ut, Denſare, denſere, Lavare, lavere, Parare parere, &c.
  - Infinitè quæ vocantur vulgo impersonalia a Probo infinitæ declinationis, in tertia n. tantummodo perſona flectuntur. Significationem autem habent, aut
    - Activam, ut: Propert: Non juvat ex humili lecta corona virgo Ovid. Expedit eſſe DEOS, & ut expedit eſſe putamus.
    - Paſſivam, ut: Pugnatur cominus armis. & Vivitur exiguo melius. Item Placitum eſt pro placet &c.

FINIS.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id366723723/50 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

# SCHEMATISMUS
## CONJUGATIONUM VOCIS ACTIVAE ET NEUTRIUS.

### INDICATIVUS. CONJUNCTIVUS.

Singularis, Pluralis. Singularis, Pluralis.

| | | | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1. | | as, | at: | amus | atis, | ant, | *Præſens* | em, | es, | et: | emus | etis, | ent. | 1. |
| 2. | | es, | et: | emus | etis, | ent, | | | | | | | | 2. |
| 3. | O | is | it: | imus | itis | | | am, | as, | at: | amus, | atis, | ant, | 3. |
| 4. | | îs | | îmus | îtis | unt, | | | | | | | | 4 |
| | bam | bas, | bat | bamus | batis, | bant. | *Imperf.* | rem | res, | ret: | remus | retis, | rent | |
| | i, | iſti, | it: | imus, | iſtis, | erunt vel ēre. | *Perfectum.* | rim | ris, | rit: | rimus, | ritis | rint. | |
| | ram | ras, | rat: | ramus | ratis, | rant. | *Plusquā perfectū* | ſem | ſes | ſet: | ſemus, | ſetis, | ſent. | |
| 1. 2 | bo, | bis, | bit: | bimus | bitis, | bunt. | *Futurū.* | ro. | ris, | rit: | rimus, | ritis. | rint. | |
| 3. 4 | am, | es, | et: | emus, | etis, | ent. | | | | | | | | |

# SCHEMATISMUS CONJUGATIONUM

## VOCIS ACTIVAE ET NEUTRIUS.

### OPTATIVUS. INFINITIVUS.

| Singularis. | | | Pluralis. | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| rem, | res, | ret: | remus, | retis, | rent. | Præſens & Imperfectū. | are. ére. ere. îre. |
| ſem, | ſes, | ſet: | ſemus, | ſetis, | ſent. | Perfectum & Pluſquamperfectum. | iſſe. |
| em, 1. | es, | et: | emus, | etis, | ent. | | |
| am { 2. 3. 4. | as, | at: | amus, | atis, | ant. | Futurum. | tum ire vel turum eſſe. |

### Singularis. IMPERATIVUS. Pluralis.

| Singularis. | | | Pluralis. | | |
|---|---|---|---|---|---|
| a, | et: | Præſens & Imperfectum. | emus, | ate, | ent, |
| e, | eat: | | eamus, | ete, | eant, |
| e, | at: | | amus, | ite, | ant, |
| i, | iat: | | iamus, | îte, | iant. |
| ato, | ato: | Futurum. | emus, | atote, | anto vel antote. |
| eto, | eto. | | eamus, | etote, | ento vel entote. |
| ito, | ito. | | amus, | itote, | unto vel untote. |
| îto, | îto. | | iamus, | îtote. | iunto vel iuntote. |

| GERUNDIA | | SUPINA. | | PARTICIPIA. | |
|---|---|---|---|---|---|
| di, do, dum. | | um, | u, | ns, | turus. |

# SCHEMATISMUS CONJUGATIONUM
## VOCIS PASSIVAE, DEPONENTIS ET COMMUNIS.

## INDICATIVUS. CONJUNCTIVUS.

| | Singularis, | | | Pluralis. | | | | Singularis, | | | Pluralis. | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1.<br>2.<br>3.<br>4. | OR, | ris vel re | tur, | mur, | mini, | tur. | *Præſens.* | er,<br>ar, | eris vel ere,<br>aris vel are, | etur,<br>atur, | emur,<br>amur, | emini<br>amini | entur,<br>antur, |
| | bar, | baris vel bare, | batur, | bamur, | bamini, | bantur. | *Imperfectum.* | rer, | reris vel rere, | retur, | remur | remini | rentur |
| | TVS SVS XVS ſum vel fui, | es vel fuiſti, | eſt vel fuit | TI SI XI ſumus vel fuimus, | eſtis vel fuiſtis, | ſunt fuerunt vel fuere. | *Perfectum.* | TVS SVS XVS ſim vel fuerim, | ſis vel fueris, | ſit vel fuerit, | TI SI XI ſimus vel fuerimꝰ | ſitis vel fueritis. | ſint vel fuerint. |
| | TVS SVS XVS eram vel fueram | eras vel fueras, | erat vel fuerat | TI SI XI eramꝰ vel fueramꝰ | eratis vel fueratis, | erant vel fuerant. | *Plusquāperfectū.* | TVS SVS XVS eſſem vel fuiſſem | eſſes vel fuiſſes, | eſſet vel fuiſſet | TI SI XI eſsēꝰ vel fuiſsēꝰ, | eſſetis vel fuiſſetis | eſſent vel fuiſſent. |
| 1,2.<br>3,4 | bor<br>ar | beris vel bere,<br>aris vel are, | bitur,<br>etur, | bimur,<br>emur, | bimini,<br>emini, | buntur.<br>entur. | *Futurū.* | TVS SVS XVS ero vel fuero, | eris vel fueris. | erit vel fuerit | TI SI XI erimꝰ vel fuerimꝰ | eritis vel fueritis, | erint vel fuerint. |

# SCHEMATISMUS CONJUGATIONUM VOCIS PASSIVAE, DEPONENTIS ET COMMUNIS.

## OPTATIVUS. ⁂(o)⁂ INFINITIVUS.

| Singularis. | | | Pluralis. | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| rer | reris vel rere, | retur, | remur, | remini, | rentur. | Præſens & Imperfectū. | ari, eri, i, iri |
| TVS SVS XVS } eſſem vel fuiſſem | eſſes vel fuiſſes, | eſſet vel fuiſſet. | TI SI XI } eſſemus vel fuiſſemus | eſſetis vel fuiſſetis, | eſſent vel fuiſſent. | Perfectum & Pluſquamperfectum. | tum eſſe vel fuiſſe. |
| 1. er,<br>2. 3. 4. } ar, | eris vel ere,<br>aris vel are, | etur<br>atur | emur,<br>amur, | emini,<br>amini, | entur.<br>antur. | Futurum. | tum iri. |

## IMPERATIVUS. ⁂o⁂ PARTICIPIA.

| | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| are, ēre, ere, īre, | etur, eatur, atur, iatur, | emur, eamur, amur, iamur, | amini, emini, imini, iamini, | entur. eantur. antur. iantur. | Præſens | Præſens Paſſiva. | Præteritum. Deponentia. | Futurum; Communia. |
| | | | | | | | ns | ns |
| ator, etor, itor, ītor, | ator, etor, i tor, ītor,. | emur, eamur, amur, iamur, | aminor, eminor, iminor, iminor, | antor entor untor iuntor | Futurū. | tus | tus, ſus, xus, | tus, ſus, xus |
| | | | | | | dus, | rus, | rus, dus. |

# DE PARTICIPIO.

Participium eſt pars orationis, cum tempore & caſu, ſine perſona, abſolutè prolatum. Conformationē habet cum nomine & verbo: inde enim dictū, quod partē capiat à nomine, partē à verbo, partē ab utroque. Ejus accidentia ſunt ſex: Sumit enim

- à Nomine
  - Genus. Participia generis omnis ſunt, quædam
    - Immobilia ſub una voce } ut { Legens.
    - Mobilia, ſub tribus vocibus } ut { Lectus, a, um.
  - Caſum. Caſus ſunt iidem qui in nomine:
- à Verbo
  - Tempus: Tempora participiorū ſunt tria, diſtincta terminationib. et ut mox dicemus, etiam ſignificatione.
    - Præſens. } Cujus terminationes
      - 1. Ans: Amans. Ens: Docens, Audiens.
    - Præteritum } Cujus terminationes
      - 2. TVS: Amatus. SVS: Viſus. XVS: Nixus.
    - Futurum. } Cujus terminationes
      - 3. RVS: Lecturus. DVS: Legendus.
  - Significationē ſeu qualitatē, quæ nihil aliud eſt quā genꝰ in verbo. Participia n. ſuorum verborum διάθεσιν ſequi ſolēt. Veniunt a.
    - Ab activo & neutro, duo Participia
      - Præſens: ut, Amans, carens.
      - Futurum: Amaturus, cariturus.
    - A paſſivo totidem
      - Præteritum: Amatus.
      - Futurum: Amandus.
    - A Deponenti
      - More uſitato, tria,
        - Præſens: Oriens.
        - Præteritum: Ortus.
        - Futurum: Oriturus.
      - Non uſitatè quartum etiam additur, Oriundus.
    - A cōmuni perpetuò quatuor
      - Præſens: Criminans.
      - Præteritum: Criminatus.
      - Duplex futurū
        - Crimininaturus.
        - Criminandus.
- Ab utroque
  - Numerum quorum duo ſunt:
    - Singularis.
    - Pluralis.
  - Figuram quarum duæ ſunt
    - Simplex: Amans.
    - Decompoſita: Deamans.

Participia quinq; modis degenerant in nomina, cognoſcunturq; aut

- Forma, quando nominum more comparationē recipiunt: ut Doctus, doctior.
- Compoſitione, quando cum præpoſitionib. uſitatis non junguntur: ut perdoctus pro valde docto, Indoctus: nam indoceri non dicitur.
- Declinatione, ut: Participia ſecundæ declinationis ſunt ut: Viſus, viſi.
- Conſtructione, ut: Appetens honores, participii caſus eſt: Appetens honorum, caſus eſt nominis.
- Significatione, ut: Doctus cum abſolutè ſignificat hominem gnarum & doctrina præditum.

# DE PARTICIPIIS.

## De Anomalis.

Participiorum ἀνομαλία partim ex origine cognoſcitur, partim ex accidentib.

- Quod ad originem ſeu qualitatem abſolutam attinet, omnia participia aut
  - Ortu deſtituuntur, & ſunt, ut quæ carent verbi ſui poſitione quaſi ſine auctore, Ea aut
    - Origine planè carent: ut, Caſſus, Laſſus.
    - Propriam originem non habent, ut quæ terminatione paſſivorum deſcendunt vel
      - A Neutris ut tẽporis
        - Præteriti: Erratus, Cœnatus, Pranſus, Peroſus, Exoſus.
        - Futuri: Quæ venit indignè pœna, dolenda venit. Idẽ Virq; mihi dempto fine carendus abeſt.
      - A Deponentibus futuri temporis paſſivè ſignificantis, ut: Loquendus, hortandus.
  - Ortu non deſtituuntur ut à verbis deſinẽtib. in
    - O Purum
      - E O: Horreo, Caleo, Egeo.
      - I O: Sitio, Eſurio, &c.
      - V O: Fluo, Metuo, &c.
    - O Impurum
      - CO: Vaco, diſco
      - DO: Pando, Pedo.
      - GO: Vergo, Ambigo.
      - LO: Volo, Nolo.
      - MO: Tremo.
      - SCO: Labaſco, Hiſco.
  - Videntur eſſe, & non ſunt. Nomina quædam terminationem imitantur Participiorum, ſed non ſignificationem. Quorum terminationem habent,
    - Præſentis, ut Frequens, inſolens.
    - Præteriti, ut: Barbatus, animatus &c.
    - Futuri, Ludibundus, Pudibundus.
- Quod attinet ad accidentia, quædam Participiorũ ſunt
  - ἑτερόκλιτα, ut: Iens, euntis,
  - περιττά, ut: lotus, lavatus.
  - ἐλλειπτικά quæ rurſus trium ſunt generum. Aliqua enim
    - Temporib. certis carẽt
      - Præſenti / Præterito / Futuro, ut
        - Fretus, Laſſus.
        - Stans, &c.
        - Pollens, &c.
    - Tempora uſitata non habent, ut: Pœnitet, pœnitendus.
    - In compoſitis tantùm habent, ut: Linquor, lictus, non dicitur neque à Tædet tæſus ſed relictus & Pertæſus, ut & Exoſus & Peroſus.

FINIS.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id366723723/56 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

# DE ADVERBIO.

- **Quid?**
  - Adverbium eſt pars orationis, quod actionis aut paſſionis circumſtantiam unâ voce effert.
  - Nam Adverbii ſine verbo plena non eſt ſignificatio, & quamvis verbo expreſſè non additur, ſenſu tamen neceſſe eſt intelligi. Ejus accidentia ſunt: Species, Figura, Significatio.
- **Species duæ ſunt**
  - Primitiva eorum eſt, quæ non aliundè nata ſunt, ut: Mox, cras, heri.
  - Derivativa ſũt quæ aliunde cadunt, eaq́; vel
    - Ab una parte orationis formantur: ut à
      - Nominibus vel
        - Propriis: ut, Homerus Homericè, Pœnas, Punicè.
        - Cõmunibus, ut à
          - Subſtantivis vel à vocabulo: ut Fors fortè, modus modò, nox noctu.
          - Adjectivis, vel ab appellatione, ut: Probus probè, facilis facilè, &c.
      - Verbis: ut à Peragro peregrè, à certo certatim, &c.
      - Pronominibus: ut, Ille illhic, Iſte iſthac, &c.
      - Participiis: ut, abundans abundanter, Fidens fidenter.
      - Adverbiis vel ſecundũ gradus,
        - Diminutionis: ut Clàm clanculum, aliquantum aliquantulum, &c.
        - Comparationis: ut Secus ſecius, Tempori temporius, &c.
      - Præpoſitionibus
        - cum abſolutè eæ ponuntur, & caſus ſuos amplius non regunt, ut ab Ex fit extra &c.
        - Omnes autem orationis partes ſuis caſibus amiſſis, Adverbia fiunt.
    - E pluribus fiunt, ut à
      - Nomine & Verbo
      - Nomine & Adverbio
      - Pronomine & Nomi
      - Verbis duobus (ne
      - Adverbio & nomine
      - Duobus Adverbiis
      - Adverbio & Cõjunctione
      - Adverbio & particula muta
        - ut
          - Pedetentim à pes & tento, &c.
          - Edepol, Ecaſtor.
          - Mehercules, Mecaſtor.
          - Ilicet ab ire licet. Sic videlicet. Scilicet à ſcire licet.
          - Interea loci: Urpote.
          - Penitus, ex penè & intus.
          - Siubi, quod jam dicimus Sicubi.
          - Eccere apud veteres.
      - Præpoſitione vide A.

## DE ADVERBIO.

A.
- Præpoſitione & Nomine, idque aut
  - Figuratè per contractiones aut mutationes ſyllabarum: ut, Sedulo, ſine dolo: Illico: in loco, &c.
  - Simpliciter cum tantum caſus cõglutinantur vel diverſitate
    - Accentus: ut Extradverſum. Terent. in Phor.
    - Quantitatis quæ aut
      - Mutatur: ut, Interea & Præterea.
      - Non mutatur: Hactenus q: hac tenus: Obiter q: ob iter.
- Præpoſitione & Pronomine, quod fit trajectione caſus: ut, Mecum, Tecum, &c.
- Præpoſitione & Adverbio,: ut: Percaſtor & perpol.

§. In Derivatione obſervandum eſt quod interdum ex una orationis parte, plura ſolent fieri adverbia vel
- Mutata ſignificatione, ut: ab Humanus, humanè humaniter & humanitus.
- Significatione non mutata, ut: Fors, forſan, forſitan, &c.

## DE FIGURA.

Figuræ Adverbiorum tres ſunt:
- Simplex, ut Poſt.
- Compoſita, ut Poſtea.
- Decompoſita, ut Poſteaquam,

In compoſita figura ſpectātur tria:
- Subſtantia, cum quib. orationis partibus adverbia componantur ut cum
  - Nominibus: ut, Tantummodo, Paulo minus, &c.
  - Præpoſitionibus, vel
    - Abſolute. ut Perbenignè, Interdiu. &c.
    - Cũ conjũctis caſib. ut De induſtria, Deſubito, &c
    - Planè inuſitatè: ut Proporro apud Lucret.
  - Conjunctionibus: ut, Siquando, Nequaquam.
  - Adverbiis: ut, Jamprimum, Etiamnum.
- Quantitas, ex quot componantur orationis partibus
  - Duabus ut Poſtea.
  - Tribus ut Poſteaquam.
  - Quatuor ut Subpoſteaquã. Ap. Cic. ad Attic.
- Qualitas, componuntur Adverbia, aut ex
  - Integris: ut, pleraque.
  - Corruptis: quæ in Specie ſunt explicata.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id366723723/58 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

## DE SIGNIFICATIONE.

Adverbiorum ſignificatio, quã ſummam alii appellant, multiplex eſt: quam nos in duos diſtribuemus ordines. Aliqua enim cognoſcũtur

- Ex circumſtantiis quorum Adverbiorũ ſunt alia
  - perſonæ: Mecum, Tecum, Secum, Vobiſcum, Quicum, &c.
  - Quantitatis quæ ſunt ſignificationis aut
    - Abſolutæ: ut, Multum, Parum, Modicum, &c.
    - Diſcretæ ut Adverbia
      - Ordinis, Deinceps, Dehinc, Cõtinuo, &c.
      - Numeri
        - Infinitæ: Raro, ſæpe, rurſus &c.
        - Finitæ: Semel, bis, ter, &c.
  - Qualitatis, quæ veniunt aut à
    - Nominibus vel
      - Subſtantivis:
        - Simplicibus: Jure, injuria.
        - Geſtum ſignificantib. Viritim, Vicatim, Partim, Alternatim.
      - Adjectivis
        - Doctè, pulchrè, fortiter &c.
        - Meritò, falsò.
    - Verbis itidem geſtum ſignificantibus: ut: Strictim, Punctim, Raptim.
  - Loci, ea quoque ſignificationis ſunt aut
    - Communis: ut, Peregrè, Paſſim, Penitus.
    - Diſcretæ, quæ ſunt quatuor
      - In loco: Hic, Illhic, Iſthic, Vbi, Ibi Cominus, Eminus. Et compoſita Ibidem &c.
      - De loco: Hinc, Illinc, Iſthinc, inde, unde, cum compoſitis. Item, Cœlitus, Funditus, &c.
      - Ad locum: Huc, Illuc, iſthuc, Eò, Quò, Intrò, Foràs, Item, Surſum, Deorſum, &c.
      - Per locum: Hâc, Illâc, iſthac, Rectâ, Quâ cũ compoſitis, Nequa, Siqua.
  - Temporis quæ ſunt ſignificationis aut
    - Infinitæ, vel incertæ: Unquam, Nunquam, Mox, Interim, Extemplò, Eveſtigiò, Actutum &c.
    - Finitæ vel certæ, quæ ſunt 4tuor generum
      - Præſentis: Hodiè, Modò, Nunc, Jam.
      - Præteriti: Heri, Pridie, Nudiuſtertius, &c.
      - Futuri: Cras: Perendiè, &c,
      - Communis: Mane, Veſperi, Crepuſculo, &c.
  - Loci temporiſque, quæ Grammatici vulgò Congregandi nominant, Simul, una, pariter, Et Hactenus, Protenus, Ilicò.
- Ex habitu vide A.

## DE ADVERBIO.

Ex habitu, quorum alia ſunt:

- Interrogandi: Cur, Quare, Quamobrem, Num, Nunquid, &c.
- Reſpondendi: Heu, Hem, Ohe.
- Affirmandi: Etiam, Ita, Sic Vero, item Quidni, Curnon, Quidiſthuc.
- Confirmandi: Planè, Omnino, Certè, Profecto, Revera.
- Jurandi, quæ ſunt aut
  - Infinita: ut, Pol, Perpol, Eccere, Medius Fidius.
  - Perſonalia: Meherculè, mecaſtor.
- Negandi: Haud, Non, Neque, Minimè, &c.
- Prohibendi: Ne, Nequaquam, Neutiquam.
- Dubitandi: Fors, forſitan, Fortaſſe, Fortaſſis.
- Declarandi: Scilicet, Videlicet, Nempe, Exempligratia.
- Demonſtrandi: En, ecce.
- Optandi: Utinam, Outinam.
- Hortandi: Eia, age, Ageſis, agedum.
- Vocandi, Heus, eho.
- Similitudinis: Ceu, Quaſi, Sic, Sicut Sicuti. Itē Compoſita, Proinde, Ac ſi, &c.
- Comparandi: Magis, Minus, Plurimum, Minimum.
- Æſtimandi: Magno, Parvo, Carò, Vili, Tantidem. Ferè, Fermè.
- Eligendi: quæ & Corrigendi & Optandi: Imò, Potiùs, Magis.
- Separandi: Secus, Aliter, Seorſim, Singillatim, Privatim.
- Intendendi: Prorſus, Apprimè, Admodum, Penitus, Valde, &c.
- Remittendi: Ægrè, Vix, Senſim, &c. Pedetentim.
- Eventus: Forte, fortuito, Caſu, forteforuna.

## DE COMPARATIONE.

Adverbia comparantur aut:

- Quæ veniunt à nominib. adjectivis: ut Sapienter, ſapientius, ſapientiſſimè.
- Quæ à nulla derivantur alia orationis parte: ut Sæpe, ſæpius, ſæpiſſimè.

Comparatio autem Adverbiorū fit aut:

- ἀναλόγως ſecundū communem formam & regulam, ut: Conſultò, conſultius, conſultiſſimè, Celeriter, celerius, celerrimè.
- Μὴ ἀναλόγως quæ communem formam non ſervant, ut ſunt:
  - ἀνόμαλα: Parum, minus, minimè.
  - ἐλλειπτικὰ:
    - Poſitivo: Magis maximè, Ocyus ocyſſimè, &c.
    - Comparativo: Nuper, nuperrimè. Bellè belliſſimè.
    - Superlativo: Longinque longinquius. Tempori temporius.

FINIS.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id366723723/60 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

## DE PRÆPOSITIONE.

- Præpoſitio eſt propemodũ articulus, Verbo Nomen adjungens, quod aliquam facti circumſtantiam ſignificat.
  - Appoſitionem, cum præpoſterè collocatur & ad finem adjungitur. ut Virg: Ut habeas qui cum cantites.
  - Compoſitionem, cum ad initium additur, quib. modis apponitur
    - Nomini, Verbo, Adverbio, Conjunctioni, Præpoſitioni alteri, ut
      - Indoctus.
      - Adduco.
      - Abhinc, perinde, &c
      - Absque.
      - Plaut. Cœpit ſcalpurire unguibus circumcirca.
  - Conſequentiam, ut fit in verborum compoſitis: ut, Adductus, imperterritus.
  - Constructionem, cum ſuo caſui copulatur: ut, A Jove principium.

## DE ACCIDENTE PRÆPOSITIONIS.

- Præponitur autem hæc pars aliis partibus orationis, vel per
  - Præpoſitionis unum Accidẽs eſt nempe Caſus. Serviunt enim
    - Accuſativo triginta:
      - Ad, adverſus, ante, apud.
      - Circa, circiter, circum, cis, citra, contra.
      - Erga, Extra.
      - Infra, inter, intra, juxta.
      - Ob.
      - Penes, per, ponè, poſt, præter, propè, propter.
      - Secundùm, ſecus, ſupra.
      - Trans.
      - Ultra, uſque.
    - Ablativo ſedecim:
      - A, ab, abs, abſque.
      - Clam, coram, cum.
      - DE.
      - E, ex.
      - Palam, præ, pro, procul.
      - Sine.
      - Tenus.
    - Utrique caſui
      - Diverſis ſignificationibus quatuor
        - In.
        - Sub,
        - Super,
        - Subter.
      - Eadem ſignificatione duæ:
        - Clam.
        - Tenus.

## DE COMPOSITIONE PRÆPOSITIONUM.

Præpoſitiones aut
- Componuntur: quales ſunt
  - Ad, ante, circum, contra, inter, ob, per, poſt, præter, trans.
  - A, ab, abs, de, e, ex, pro, præ, in, ſub, ſuper, ſupter.
- Nunquam componuntur: ut, præter commemoratas, reliquæ omnes.
- Nunquam ſeparantur, quæ vulgo dicuntur Inſeparabiles, ſeparatæ a, in oratione, nihil ſignificant. Cujusmodi ſunt
  - AM: Amputo.
  - AS: Aſpello.
  - CO: Cogo.
  - CON: Congrego.
  - DI: Dirigo.
  - DIS: Diſſipo.
  - RE: Relego.
  - SE: Separo.
  - TRA: Trajicio.
  - O: Omitto.
- Separantur, ut quæ compoſitionem non admittunt: ut, Apud memores veteris ſtat gratia facti.
- Separari & conjungi poſſunt: ut quæ compoſitionem admittunt. ut: Per, hoc verſu ſeparatur: Per varios caſus, per tot diſcrimina rerum. Cohæret. Perfer.

§. Quæ autem componũtur, hæ præponuntur eaq; aut
- Caſibus: quarum aliæ Accuſativo ſerviunt, aliæ ablativo, aliæ utrique.
- Verbis: quales ſunt, quæ inſeparabiles dicuntur.
- Caſibus & verbis, quæ & præponuntur caſibus & ſimul cũ verbis componuntur. Hæ autem rurſus aut componuntur
  - Simpliciter cum uno tantùm verbo præponitur, eaque aut
    - Vim ſuam retinet, ut: Induco.
    - Vltimam literã mutat: ut Sufficio.
    - Eandem perdit, ut: Coëo.
  - Conjunctim vel quando conjungũtur
    - Diverſæ eæq; aut
      - Separabiles: ut, Transadigo.
      - Inſeparabiles: ut, Redambulo. Plaut.
      - Inſeparabilis cum ſeparabili, & contrà, ut: Redabſolvo, Derelinquo.
    - Contrariæ: ut, Diſconvenio.
    - Repetitæ: ut, Adalligo.

## DE PRÆPOSITIONIBUS DEGENERANTIBUS.

Cum ex præpoſitionibus adverbia fiunt, octo modis cognoſcuntur:
- Amiſſione caſus, ut Ante diem clauſo componat veſper Olympo.
- Mutatione caſus, ut: Ramum longo poſt tempore viſum.
- Compoſitione, ut: Propediem, inprimis, quamobrem, præterea, decompacto.
- Suppoſitione, ut: Virg. Poſt ubi confecti curſus. Idem 1. Poſtalii proceres.
- Accentu, Præpoſitiones carent accentu, ut: Horat. Iliacos muros intra peccatur, & extra.
- Derivatione, Præpoſitiones omnes primitivæ ſpeciei ſunt. Adverbia derivativæ Poſſunt eſſe.
- Significatione, Præpoſitiones per ſe nihil ſignificant, niſi conjungantur cum dictione.
- Contextu, ut: Virg 1. Æn. Pòſt alios, fortemq; Gyan, fortemq; Cloanthum.

FINIS.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id366723723/62 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

# DE CONJUNCTIONE.

§. Conjunctio eſt pars orationis, connectens, ordinansque vel verba vel ſententias. Connectendo a. copulant: & ſimiles orationis partes, & ſimilia partium accidentia. Conjunctioni tria accidunt:

- Figura, quæ pertinet ad compoſitionem.
- Poteſtas, ad ſignificationem.
- Ordo, ad collocationem:

## DE FIGURA.

Figuræ duæ ſunt
- Simplex: ut, Quoniam, Quando.
- Compoſita: ut, Quoniamquidem, Quandoquidem. Componuntur autem conjunctiones vel ex
  - Particulis mutis, & ſeparatim nihil ſignificantibus: ut Nanque, Duntaxat.
  - Particulis aliquid ſeparatim ſignificantibus: ut, Quinetiam, Siquidem.

§. Inter Conjunctiones compoſitas multæ inveniuntur de quibus ambigas, num conjunctiones ſint, an adverbia: ut, Quamvis, præterea, quatenus, etenim & ſimiles, quæ Adverbiales Conjunctiones nominaverunt.

## DE POTESTATE.

Poteſtas Conjunctionū eſt ipſarum vis & ſignificatio. Aliæ autem ſunt vel
- Copulativæ, quarum aliquæ
  - Verba copulant: Et, que, quoque, etiam, &c.
  - Copulant ſententias: Cum, tum, etſi, tamen, &c.
- Disjunctivæ, quæ verba quidem copulant, ſenſum autem disjungunt: Aut, vel, ſeu, ſive, Ne, Nec, &c. Disjunctivæ autem interdum ſunt
  - Dubitativæ: Utrum, an, ſi, ſin.
  - Indicativæ: Cic: Vel tibi paruimus, vel nō occurrimus vel hoc fuit rectiꝰ.
  - Subjunctivæ: Ve, vel, Partim, partim. Aut, aut: Nec, neque. &c.
- Adverſativæ, quæ diverſā ſuperiori ſententiā abjiciunt: Aſt, ſed, atqui, porro &c.
- Cauſales quæ rationem ſuperioris ſententiæ reddunt.
  - Illatione, quæ illativæ & effectivæ dicuntur: Quanquam, quamvis.
  - Collectione vulgò rationales: Ergò Igitur Ideo, Idcirco, &c.
  - Cauſales cū apud Græcos tum apud Latinos triū ſunt generū
    - Continuativæ: Si, ſiquidem, Quin, Quinetiam, &c.
    - Subcontinuativæ: Quia, quoniam, quandoquidem, &c.
    - Adjunctivæ: Cum, dum, ne, quatenus.
- Completivæ, quæ ornatus magis gratia adduntur quàm neceſſitatis: Ergo, Nam, quidem, verò, autem. Hæ dicuntur Repletivæ, & Expletivæ.

DE OR-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id366723723/63 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

## DE ORDINE.

Ordo eſt Conjunctionum collocatio. Aliæ enim ſunt:

- Præpoſitivæ: At, Aſt, Nam, Si, Quin, An, Quanquam, Propter.
- Poſtpoſitivæ ſeu ſubſequentes aut
  - In medio ponuntur, quæ ſubjunguntur aut ſupponuntur: Quidem, Tamen, Enim, Quoque, Etiam, &c.
  - In fine tantùm ponuntur, quæ Encliticæ: Que, Ne, Ve.
- Communes, quæ & præponi & ſubſequi ſolēt: ut, Itaque, Ac, Seu, ſive, &c.

FINIS.

## DE INTERJECTIONE.

Interjectio eſt pars orationis, quæ affectum animi ſignificat, vel

- Voce illiterata & incōdita, ut ſunt vocales
  - Exultantis: Evax, evohe, Io, io
  - Dolentis: Heu, eheu, ah, oh, au, væ.
  - Timentis: Hei, atat.
  - Iraſcentis: Hem, proh.
  - Admirantis: Papæ.
  - Hortantis: Eia, euge, hui.
  - Optantis: ô, ôſi.
- Sonitus illiterati imitatione,
  - Reſpuentis: Phy.
  - Vocantis: Heus, eho.
  - Ridentis: Ha, ha, hæ, hæ.
  - Flentis: Oi, hei.
  - Silentium imperantis: St, ſt.
- Voce literata, attamem mutata: nam interdum loco Interjectionis ponitur aut
  - Simplex vox, ut
    - Nomina
      - Propria. Catullus (Jupiter)
      - Appellativa qualia ſunt, Infandum, indignum, malum, miſerum, nefas, odioſum, &c.
    - Verba qualia ſunt, Precor, obſecro, amabò, ſodes, &c.
  - Tota oratio, cum affectuoſa eſt: ſed ejusmodi ſermo ad Rhetorica πάθη, quam ad Grammaticam proprietatem pertinet.

FINIS.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id366723723/64
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

# ANALYSIS
## SYNTAXIS.

**Syntaxis.**

- **Quid?** Syntaxis (quam Priſcianus modò ordinationem, modò conſtructionem, modò diſpoſitionem, modò ſtructuram vertit: recentiores complexum & coagmentationem nominant) eſt orationis perfectæ apta connexio, atq; abſoluta comprehenſio. Seu, eſt facultas quædam, ſententiam animi citra ambiguitatem efferendi.
- **Quotuplex**
  - Simplex ſeu abſoluta eſt quæ communes ſequitur regulas, nec deflectit à vulgi conſuetudine, in quâ ſcilicet ponitur in
    - Genere
    - Numero
    - Caſu
    - Modo
    - Tempore
    - Perſona.
  - In ſimplici Syntaxi conſiderantur quatuor in genere
    - Conſecutio
    - Convenientia
    - Exigentia
    - Ordo
  - Parit regulas
    - Imitationis
    - Generales
    - Speciales
    - Singulares
  - Ut ſermo ſit
    - Elegans & proprius.
    - Congruus.
    - Latinus.
    - Uſitatus, aut certè exemplo non careat.
  - Figurata eſt, in quâ uſitatæ regulæ non obſervantur, de qua vide in ſeqq.

Regulæ de Nominibus propriis.

- Nomen Proprium ponitur aut caſu
  - Eodem, ut cum jungitur aut cū
    - Alio Proprio, vel:
      - Prænomine – ut M. Antonius.
      - Cognomine – ut M. Tullius.
      - Agnomine – ut M. Tullius Cicero
    - Appellativo: ut Vrbs Roma.
  - Diverſo vel
    - Genitivo, ut: Sophia Septimiæ, id eſt, filia.
    - Ablativo, ut: Cic. pro Quint. L. Albutius Sexti filius Quirina.

## REGULÆ DE NOMINIBUS SUBSTANTIVIS.

- Subſtantiva ſignificant, aut
  - Rem eandem, & ponuntur in eodem caſu ut: Hyacynthus, gemma.
  - Res diverſas eaq; rurſus
    - Si ſubſtantiva non manent; ſed alterum adjectivè ponitur, regulam adjectivorum ſequuntur, ut: Hinc populum latè regem belloque ſuperbum: pro latè regnantem.
    - Sin manent ſubſtantiva alterum caſus genitivi: ut, Miſera eſt magni cuſtodia cenſus.

## REGULÆ DE CASIBUS SUBSTANTIVORUM.

- Subſtantivis additur aut caſus:
  - Simplex, Genitivus ſcilicet vel Ablativus laudis aut vituperii. Eadem enim ſignificatione dicimus: Philoſophus acris judicii & acri judicio.
  - Duo, iiq; vel
    - Natura, ut genitivus: ut, Præfectus prætorii.
    - Adoptione, ut Dativus, ut: Præfectus prætorio.

## ADJECTIVORUM DIVISIO.

- Adjectiva in duo genera diſtinguūtur. Alia enim ſunt
  - Abſoluta eaq; adjunguntur aut
    - Uni tantum ſubſtantivo, quæ ſubſtantiva vel
      - Collectiva.
      - Propria.
      - Propriorum notam habentia.
    - Pluribus ſubſtantivis quæ rerum ſunt vel
      - Animatarum.
      - Inanimatarum.
    - Alteri adjectivo adjunctum, loco ſubſtantivi ponitur.
  - Relativa qualia ſunt quæ dicuntur
    - Relativa propriè
      - Accidentis, in quibus caſus aut mutatur aut omittitur.
      - Subſtantiæ: cum Relativo aut
        - Uni ſubſtantivo adjungitur.
        - Inter duo ſubſtantiva ponitur.
        - Orationem totam refert.
    - Interrogativa, in quibus cōſiderantur aut
      - Convenientia, cum apponitur interrogativo redditivum.
      - Exigentia, cū perpenditur aut
        - Caſus proprius.
        - Interrogatio de poſſeſſore.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id366723723/66
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft

## DE NOMINIBUS ADJECTIVIS ABSOLUTIS.

Adjectiva abſoluta ſubſtantivis cohærent, ut: ſunt: univerſalia, poſſeſſiva, demonſtrativa, ordinalia, redditiva. Adjectivum autem adjungitur vel —

- Uni ſubſtantivo cui reſpondet, genere, numero & caſu, ut: Non jacet in molli veneranda ſcientia lecto. Quod ſi ſubſtantiva ſunt.
  - Collectiva tum mutatur vel
    - Genus, ut: Pars arduus furit. Virg.
    - Numerus: Pars volucres factæ.
    - Utrunq;: Hic manus, ob patriam pugnando, vulnera paſſi.
  - Non animatarum tum adjectivum aut
    - Manet eodem genere: Cic. Opera munitionesq; propè eſſe perfectas.
    - Mutatur in Neutrum. Virg. 4. Æn. Hinc exaudivi voces & verba vocantis Viſa.
- Alteri adjectivo, ex quibus alterum poni ſubſtantivè neceſsè eſt, ut: Fortunatus ſenex, fidus amicus.

## DE NOMINIBUS ADJECTIVIS RELATIVIS.

Adjectiva relativa, quæ ad aliud reſpectum habent, neque ſemper in omnibus, ſed in quibusdam tantū interdum cohærent. Qualia ſunt, quæ dicuntur

- Accidentis, quæ repræſentant aut referunt rem adventiciam. Ea cum ſubſtantivis adjunctis, genere, numero, Caſu non ſemper conveniunt: ut: Quo ſemel eſt imbuta recens ſervabit odorem Teſta, &c.
- Subſtātiæ quæ repetūt perſonā aut rē ſenſib. ſubjectam. Relativum hoc aut
  - Relativa. Ea diſtincta ſunt modis duobus. Alia n. appellantur Relativa.
    - Uni Subſtantivo antecedēti adjūgitur & cū eo convenit vel
      - Genere, numero & caſu, ut Mali ſunt homines, qui bonis dicunt malè.
      - Genere tātum & numero: Nulla fides pietasq; &c.
    - Inter duo ſubſtantiva ponitur diverſorum generū.
      - Antecedēti reſpondet directè genere atque numero, ut Vnus erat toto naturæ vultꝰ in orbe. Quē &c Cōſequēti. Eſt locus in carcere, quod Tullianum appellatur.
    - Orationē totam: ut In tempore ad eam veni, quod rerum, &c.
    - Relativa interdum
      - Cōmutantur
        - Genere: Cum Daphnidis arcū Fregiſti, & calamos, quæ &c.
        - Numero: Ovid. Fumat uterque polus quos ſi &c.
      - Trajiciuntur
        - Caſu antecedentis manente: Urbem quam ſtatuo, veſtra eſt.
        - Caſu antecedentis mutato, ut: Terent. Populo ut placerent, quas feciſſet fabulas.
      - Permutantur, vide A.
  - Interrogativa. B.



Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id366723723/67
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

**A. Relativa interdum**

- Permutantur, quando Relativum poſſeſſorem, antecedens vero rem poſſeſſam ſignificat, ut: Nunc mea ſcripta legis, qui ſum ſummotus ad Iſtrum.
- Innovantur, cum, antecedente ſubſtantivo omiſſo, aliud aſſumitur: ut, Audacis Rutuli ad muros, quam dicitur urbem &c. Virg. 6. Æn.
- Abundant cum ocioſe ponuntur vel
  - Per ſe, ut: Cic. Ludo & joco uti illis quidem licet, ſed ſicut ſomno & quietibus cæteris.
  - Cum repetitur antecedens: Terent. Ita eam oppreſſit calamitas.
- Deſunt cum planè omittuntur vel in
  - Initio. Tib. Quem referunt Muſæ, vivet dum robora tellus. Dum cœlum ſtellas, dum vehet amnis aquas.
  - Medio
    - Eſt locus, Heſperiam Graii cognomine dicunt.

**B. Interrogativa de quib. tenendæ ſunt hæ regulæ**

- Interrogativum & redditivum caſu convenire neceſſe eſt: Auſon. Quis dives? qui nihil cupiet: Reſpondet autem interrogativo redditivum, vel
  - Eodem caſu. Auſon. Quæ nam ſumma boni? mens quæ ſibi conſcia recti.
  - Quaſi materialiter: Sen. Victor timere quid poteſt? quod non timet.
  - Per verbum. Auſon. Quod prudentis opus? cum poſſit, nolle nocere.
- Si interrogativum regit caſum diverſum, redditivum ſimili caſu reſpondere non eſt neceſſe. Quanti indicavit? nummis centum.
- Cum interrogamus de poſſeſſore, & per poſſeſſivum reſpondendum eſt, tum hoc cum caſu verbi convenit: ut, Cujus eſt hæc domus? Mea eſt.

## DE ADJECTIVORUM DIFFERENTIA, ET EORUM CASIBUS IN GENERE.

**Adjectiva nomina, quantum ad cognitionem caſuum attinet,**

- Gradus primi quæ ſupra nominavimus, poſitiva, primas Adjectivorũ voces, ut: Integer: Ea aut
  - Unum tantum caſum aſciſcunt, ut
    - Genitivum quæ ſunt vel
      - Certæ ſignificationis.
      - Certæ originis.
      - Certi affectus.
      - Certi generis.
    - Dativum quæ ſunt vel
      - Certæ ſignificationis.
      - Certæ originis.
    - Accuſativum vel more
      - Latinorum.
      - Græcorum.
    - Ablativum vel in
      - Genere.
      - Specie.
  - Aſſumũt duos: vide C.
- Graduum ſecundorum. D.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id366723723/68 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft

net, diſtinguemus in Adjectiva

C. Aſſumunt duos: ut { Genitivum, Dativum, Accuſativũ, Ablativum } & { Ablativum, Genitivum, Ablativum, Genitivum }

Admittunt caſũ nominis intervenięte Præpoſitione, vel { Accuſativum. Ablativum. } Cum Præpoſitione.

Plures caſus habent, vel { Sine, Interveniente } Præpoſitione. { Caſum nominis permutant verbo

D. Graduum ſecundorum, quæ dicta ſunt Comparativa & Superlativa: ut, Integrior, integerrimus. Ea habent caſ9 {
- Communes, quos à ſuo poſitivo ſumunt, ipſa natura Horat. O Major juvenum, &c.
- Propriis, quos ſibi adſciſcunt poteſtate {
  - Comparativa aſſumunt Ablativũ vel { Simplicem. Duplicatum }
  - Superlativa adſciſcunt genitivum vel { Singularem nominis collectivi. Pluralem cujusvis nominis. }

## DE ADJECTIVIS GRADUS PRIMI,

### I.

### De Caſibus ſimplicibus.

Adjectiva gradus primi, quæ ſim- {
- Genitivũ, eumq; aut {
  - Uſitate natura ſuntq; {
    - Certæ ſignificationis, ut quæ denotant aut {
      - Scientiam: Virg. 1. Æneid. Non ignara mali, miſeris ſuccurrere diſco.
      - Ignorationem: Idem 10. Neſcia mens hominum fati, &c.
      - Memoriam: Vive memor lethi, &c. Perſ.
      - Oblivionem: Cic. Nemo gratiarum immemor.
      - Cupiditatem: Scilicet eſt cupidus ſtudiorum, Ovid.
      - Partitionem: Cic. 1. Tuſc. Nemo hominũ tam immanis &c.
    - Certæ originis, ut ſunt {
      - Verbalia in AX deſinentia. Ovid. Tempus edax rerum, &c.
      - Participialia: Alieni appetens, ſui profuſus.
  - Minus uſitatè conſuetudine {
    - Poëtarum, ut quæ ſunt certi affectus. Virg. 10. Æn. Ignarus rerum.
    - Græcorum, ut ea quæ certi ſunt generis. Terent. Quid turbæ eſt apud forum? quot illhic hominum litigant?
- Dativum. E.



Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id366723723/69 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

- plices caſus adſciſcunt aut regunt
  - E. Dativũ, ut quæ ſũt vel
    - Certæ ſignificationis, ut: quæ ſignificant aut
      - Commodum: ut Ovid. 14. Metam. Invia virtuti nulla via.
      - Incommodũ: Cic: Si quis honeſtiſſimis ſtudiis rationis &c.
      - Amicitiam: Terent. Neque amicus, neque benevolens illi quis erat.
      - Inimicitiam: Idem, Adverſus nemini.
      - Facultatem: Nec viſu facilis nec dictu affabilis ulli.
      - Vicinitatem: Terent. Proximus ſum egomet mihi.
    - Certæ originis, ut ſunt
      - Verbalia deſinentia in
        - AX: Contumax Præceptori.
        - EX: Supplex hoſti.
        - LIS. Quo quiſque eſt major magis eſt placabilis iræ.
      - Participialia finientia in
        - TVS: Virg. in Buc. Nunc oblita mihi, &c
        - DVS. Ovi. 1. Triſt. O mihi poſt nullos &c
  - Accuſativum more
    - Latinorũ, quæ ſignificant
      - Menſuram: ut, Altus pedem, &c.
      - Motum animi, adjecto videlicet Accuſativo Vicem: Liv. Sollicitis vicem imperatoris militibus.
    - Græcorum: Virg. 2. Æneid. Conſertum tegmen ſpinis.
  - Ablativum vel in
    - Genere, ut cum additur caſus
      - Totius, vel partis: Mart. Crine ruber, niger ore &c.
      - Materiæ: Virg. Duplicem gemmis auroq; popoſcit.
      - Cauſæ: Idem. Fœlix nati pietate.
      - Patriæ: ut, Glycerium genere Andria.
    - Specie, ut quæ ſignificant comparationẽ, item quæ plenum aut vacuũ.

## DE CASIBUS MULTIPLICIBUS.

- Caſus multiplices ſunt, cum unum
  - Nõ mutata qualitate, cum idem conſideratur gradus, & iidẽ caſus manẽt propter auctori-
    - Duo caſus adjectivo conjũguntur diverſo tempore, quædam aſſumunt vel
      - Genitivum & Ablativũ, ut quæ ſignificant vel
        - Copiam: Virg. Quam dives pecoris.
        - Inopiam: ut, Inops conſilii & conſilio.
        - Abſolutionem: Inſons cœdis.
        - Damnationem: Reus capitis & capite.
      - Dativum & Genitivũ, ut quæ denotant aut
        - Tempus: Virg. Jam matura viro, &c.
        - Similitudinem: Terent. Domini ſimilis.
        - Affectionem Virg. Regina tui fidiſſima, dextra occidit ipſa ſua.
        - Culpam: ut Liv. Obnoxius crimini & criminis,
      - Accuſativum vide F.
    - Plures caſ9 G.

- adjectivũ diverſos caſus regit: id quod accidit duplici modo, aut
  - tatẽ, nihil enim inter eſt inter hæc, Plen9 vini & vino: Caſus non mutatæ qualitatis ſunt, aut cum
    - F. Accuſativum & Ablativum, quæ ſignificant magnitudinem, ut: longus pedem & pede.
    - Ablativũ & Genitivum, ut quæ ſignificant vel
      - Dignitatem: Ovid. Curia conſilii quæ nunc digniſſima tanti.
      - Indignitatem: Virg. Georg. Nec fuit indignum ſuperis, &c.
      - Alienationem: Cic. Alienum dignitate imperii.
      - Plenum: Hor: Ter. Plenus rimarum &c.
      - Vacuum: ut, Cic. 1. Off. Vacuus curarum & curis.
    - Conjungitur caſus nominis cum præpoſitione eodem tempore. Quædam enim admittunt
      - Accuſativum cum præpoſitione, quæ ſignificant vel
        - Cupiditatem: Ter. Ejus frater aliquantum ad rem avidior.
        - Aptitudinẽ, Cic. Epiſt. Ad ejus optima ſtudia vehementer accommodatus.
      - Ablativum cũ præpoſitione, ut
        - Cauſam: ut Lautus è balneis.
        - Ordinẽ: Virg. Tu nunc eris alter ab illo.
        - Materiam: ut, Firmus ab equitatu, &c.
    - G. Plures unũ adjectivũ caſus admittit, etiam diverſis temporibus
      - Sine Præpoſitione, ut:
        - Sollicitus monſtrorum, & monſtris, Sollicitus vicem. Similis patris antiquè & ſimilis patri uſitatè.
        - Opus cum
          - Nominativo: Cic. Dux & auctor eſt nobis.
          - Genitivo: Aliquantum temporis opus fuit.
          - Accuſativo, Militaribus opus ſunt ligna &c.
          - Ablativo Virg. Nunc animis opus Ænea.
      - Interveniente præpoſitione, ut: Vacuus curarum & curis.
  - Mutata qualitate, cum ſunt diverſi gradus & iidem caſus non manent propter exigẽtiam. *Adjectiva* quædam caſum duplicem regunt
    - Natura ſua: ut gradus primitivi, ſeu poſitiva.
    - Aliena poteſtate: ut, graduum ſecundorum; Comparativa ſcilicet & ſuperlativa Lucret. Digitum non altior unum. Similiter in ſuperlativis: Claud. Quẽ ratio, non ira movet, Diis proximus ille eſt &c. Catul. in Epigr. Diſertiſſime Romuli nepotum.

## DE ADJECTIVIS GRADUUM SECUNDORUM.

- D. Adjectiva graduum ſecundorum, aut ſunt
  - Comparativa, eaq; aſſumũt Ablativũ vel
    - Simplicem Iuven. Non debet dolor eſſe viri flagrantior æquo.
    - Duplicatũ alterum videlicet perſonæ, alterũ rei ut: Hippocrate medico & Democrito Philoſopho, Socrates Athenienſis natu poſterior fuit.
  - Superlativa, quæ adſciſcũt Genitivũ, vel
    - Singularẽ nominis collectivi. Virg. O Danaum fortiſſimè gentis Tydide.
    - Pluralem nominis cujuſvis: Cæſ. Gallorum omniũ fortiſſimi Belgæ, &c.

- §. Obſervandum eſt, ejuſmodi adjectivorum caſus certis particulis aut circumſcribi aut intendi, ut
  - Comparativorum
    - Circumſcriptio fit vel
      - Cùm gradus tantùm mutatur per particulas proprias, manente Ablativo. Terent. Hoc nemo fuit minus ineptus, magis ſeverus.
      - Cùm caſus mutatur, ablativus ſcilicet in nominativum, per particulam QVAM, ut: Nihil amabilius, quam morum, &c.
      - Cùm ſimul & caſus mutatur & gradus per particulas TAM & QVAM: ut, Nihil eſt tàm aptum, tàm conveniens quàm amicitia.
    - Intẽſio fit aut per particulas
      - Relativas: ut ſunt: Eô, Quô, Tantò, Quantò.
      - Explicativas, ut, Multò, Longè, & earum vim habentes.
  - Superlativorum
    - Circumſcriptio fit per
      - Particulas proprias, cũ circũloquimur gradum vel
        - Exiſtentem Cic. 3. Off. Eſt hominum naturæ maximè inimica crudelitas.
        - Non exiſtentem. Lentulus. Guſtatus, qui eſt ſenſus ex omnibus maximè voluptuarius.
      - Præpoſitiones cum circumloquimur caſum. Ejuſmodi præpoſitiones ſunt quatuor
        - Ante Virg. 7. Ante alios pulcherrimus omnes Turnus.
        - Inter. Ovid. Inter Achaïdas longè pulcherrima matres.
        - Ex: Acerrimum ex omnibus noſtris ſenſibus, eſſe ſenſum videndi.
        - In: Virg. Juſtiſſimus unus Quæ fuit in Teucris.
    - Intenſio fit per adverbia, quæ aut
      - Separantur: ut, Multò, longè, facilè.
      - Non ſeparantur: ut, Quam, quammaximus, quãdoctiſſimus.

Finis de Syntaxi Nominum.

# DE PRONOMINE.

- Pronomina ſignificationem habent, vel
  - Simplicē, ut quæ ponuntur aut
    - Subſtantivè, tum more nominis ſubſtantivi conſtruitur, vel
      - Eodem caſu. Virg. Túne ille Æneas?
      - Caſu diverſo. Virg. Tu mihi quodcunq; hoc regni eſt, tu ſceptra Jovemque Concilias.
    - Adjectivè, tum more Adjectivorum in genere, numero & caſu, cum ſubſtantivo cohærent: ut, Habet ſua caſtra cupido.
  - Non ſimplicem videlicet vel
    - Paſſivam: ut iſti genitivi, Mei, Tui, Sui, Noſtri, Veſtri, ea adduntur ſubſtantivis affectionum, quorum ſignificatio per reſolutionem intelligitur. Virg. Victus amore tui, hoc eſt, quo tu amaris.
    - Poſſeſſivam eamque admittunt Genitivum vel
      - Sui poſſeſſoris. Ovid. Et fleſti, & noſtros vidiſti flentis ocellos.
      - Aliorum Pronominum, Iſtius, Ipſius: quod fit in certis quibusdam poſſeſſivis, qualia ſunt: Mea, Tua, Sua, Noſtra, Veſtra.
      - Certorum nominum, quantitate ſignificantium: ut, Unius, ſolius: duorum, plurium: ut cum dico, Mea unius factum opera &c.
    - Reciprocam eaq; reſpondent verbo tertiæ perſonæ & in eundem ſenſum retorquent atq; referunt, vel in
      - Uno membro Publ. Amans iratus multa mentitur ſibi.
      - Duobus membris Cic. 1. de Legibus. Amicitiæ eſt ea vis, ut ſimul atque ſibi aliquid, quàm alteri, maluerit, nulla ſit.

## Finis Pronominis.



Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id366723723/73 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

# Generalis diviſio exigentiæ verborum omnium.

Verba omnia diſcernuntur vel natura, vel qualitate, ideoq; appellantur aut

- Perſonalia finita, quorũ caſus aut ſũt
  - Antecedẽtes, qui à fronte ponuntur: ut
    - Nominativus, Vocativus — Verbi perſonalis finiti.
    - Accuſativus verbi imperſonalis infiniti.
  - Conſequẽtes, qui à tergo reguntur: iiq; ſunt vel
    - Communes, qui regi à quibusdam verbis poſſunt, ut
      - Dativus acquiſitionis.
      - Ablativ9 cauſæ
    - Proprii, qui à certis verbis regũtur, iique rurſ9 aut ſunt
      - Simplices:
      - Geminati:
      - Duplices:
      - Varii, atque multiplices:
      - Qui ſunt verborum, quæ habent caſus aut
        - Unum caſum, ut
          - Nominativum.
          - Genitivum.
          - Dativum.
          - Accuſativum.
          - Ablativum.
        - Duos caſus pares: ut
          - Dativum.
          - Accuſativum.
          - Ablativum.
        - Duos caſ9 impares
          - Genitivum & — Accuſativum. / Ablativum.
          - Dativum & — Accuſativum. / Ablativum.
          - Accuſativum & — Genitivum. / Dativum. / Ablativum.
          - Ablativum & — Genitivum. / Accuſativum.
        - Simplices, diverſo tempore, eoſq; rurſus aut ſignificatione —
          - Diverſa.
          - Eadem.
        - Connexos, qui inter ſe aut
          - Copulantur, vel
            - Eodẽ tempore ut
              - Genitivus cũ — Dativo. / Accuſativo.
              - Dativ9 cum — Accuſativo. / Ablativo.
              - Accuſativus cũ — Genitivo. / Dativo. / Ablativo.
            - Diverſis temporib., cũ alter caſ9 variatur aliqua præpoſitione.
          - Permutantur, quales ſunt
            - Dativus & Accuſativus.
            - Accuſativus & — Genitivus. / Ablativus.
- Imperſonalia finita, vide F.

# Generalis Diviſio exigentiæ verborum omnium.

- F. Imperſonalia infinita, eaq; carẽt aut perſonis
  - Omnibus, ut verba modi Infinitivi, quorum regulæ ſunt aut
    - Generales, quæ habent caſus communes.
    - Speciales, quæ habẽt conſtructionẽ propriã.
  - Certis tantum, eaque aut ſunt vocis
    - Activæ, quæ regunt vel
      - Caſum unum & ſimplicem: ut
        - Genitivum.
        - Dativum.
        - Accuſativum.
      - Caſus plurales, ut:
        - Genitivum & Ablativum
        - Accuſativũ & Genitivum
      - Geminatos: ut quæ accuſativũ perſonæ & rei.
    - Paſſivæ, quæ ponuntur aut
      - Abſolutè, cum nullum caſum habent.
      - Caſus verbum perſonalium admittunt.

## DE CASIBUS PROPRIIS ANTECEDENTIBUS VERBORUM PERSONALIUM.

- Caſus antecedentes ſunt tres:
  - Nominativus verbis perſonalis finiti. Nominativus præcedit verbũ perſonale finitum, ſimili numero & perſona. Hæc regula habet
    - Unam obſervationẽ. Interdũ n. Nominativus antecedens
      - Geminatur: Virg. Formoſum paſtor Corydon ardebat Alexin.
      - Omittitur: quod ferè in Pronominibus accidit. Virg. Moriamur, & in media arma ruamus. Deeſt nos.
      - Subintelligitur, ut in verbis, quæ exemtæ actionis vocantur, ut: Tonat, fulgurat. Subintelligitur Jupiter.
      - Circumſcribitur: cum tota oratio vice nominativi ponitur. Ovid. In facili eſt omnia poſſe DEO.
    - Triplicem exceptionẽ. Interdum mutatur
      - Numerus: id ſolet fieri duplici ratione. Aut enim
        - Præcedit
          - Unum nomen ſingulare collectivũ, cui verbum plurale additur. Virg. Pars in gramineis exercent membra palæſtris.
          - Duo plurave ſingularia, quibus reſpondet verbum plurale, ut: Furor iraq; mentem præcipitant.
          - Singularia & pluralia ſimul conjuncta: ut, Semper honos, &c.
        - Contra-præcedit.
          - Unum nomen plurale & verbũ ſequitur ſingulare, &c. ut: Amantium iræ amoris integratio eſt. Pro ſunt.
          - Duo præcedunt nomina, unum plurale, alterum ſingulare, quibus reſpondet verbum ſingulare. Virg. Hîc illius arma, hîc currus fuit.
      - Perſona cũ plurale verbũ perſonæ primæ antecedunt nomitativi vel
        - Unius perſonæ, per Evocationem. Plaut. Tum deniq; homines noſtra intelligimus bona. &c.
        - Diverſarum perſonarũ per Syllepſin, cũ reſpondet perſonæ digniori. Prima a. perſona dignior eſt 2da & 3tia, ut, Tu me, & ego te, qualis ſis ſcio.
  - Vocativus, G.
  - Accuſativus, H.

Utrumque, cum duæ figuræ occurrunt, ut cum —
- Nomen ſingulare perſonæ tertiæ adjungitur verbo plurali perſonæ primæ aut ſecundæ per Syntheſin & Evocationem, ut: In magnis læſi rebus uterq; ſumus.
- Nomina ſingularia primæ, tertiæque perſonæ, adduntur verbo plurali reſpondenti perſonæ digniori: hoc eſt, primæ per Prolepſin & Syllepſin Terent. Ego vapulando, ille verberando, uſque ambo defeſſi ſumus.

G.

Vocativus verbi perſonalis finiti. Vocativus præcedit verbum finitum, perſonæ ſecundæ, modi Imperativi, ſimili numero: idque fit aut —
- Expreſsè, cum verbum adjicitur. Virg. Diſce puer virtutem ex me, verumq; laborem.
- Implicitè vel cum
  - Particula vocandi additur, verbum omittitur. Virg. O felix una ante alias Priameia virgo.
  - Omittitur utrunque verbum cum particula. Idem: Nate Dea quo fata trahunt, retrahuntque ſequamur.

H.

Accuſativus verbum præcedit verbum infinitivi, qui nominativi loco ponitur, quia per eundem reſolvi poteſt. Ovid. Turpe ſequi caſum, & fortunæ cedere amicum.

# De Caſibus Verborum Perſonalium Conſequentibus.

## I.

## DE CASIBUS à TERGO COMMUNIBUS.

Caſus à tergo cõmunes ſunt
- Dativus acquiſitionis. Quodlibet verbum, cui qualicunq; modo aliquid acquiritur vel adimitur, admittit Dativum
  - Perſonæ: Si qui ob emolumentum ſuum cupidius aliquid dicere videantur, iis credere non convenit.
  - Rei: Deſinat elatis quiſquam confidere rebus.
- Ablativus cauſæ. Verba admitunt Ablativum, quæ ſignificant —
  - Cauſam: Ovid. Luxuriant animi rebus, &c.
  - Inſtrumentum: Horat. Naturam expellas furca, tamen uſque recurret.
  - Modum actionis: Res magna dexteritate acta.
- Accuſativus
  - Temporis.
  - Menſuræ.
  - Spatii.

# De Caſibus à tergo propriis.

## I.
## DE CASIBUS SIMPLICIBUS.
### DE NOMINATIVO.

Nominativ9 eſt caſus verborum proprius, de quo tenendæ ſunt regulæ

- Verba ſubſtãtiva, qualia ſunt: Sum, Fio, Forē, Exiſto, præcedunt & ſequuntur nominativi, ut: Caſta DEUS mens eſt, caſta vult mente vocari. Interdum autem
  - Nominativus caſ9 circũſcribitur per verbum modi Infinitivi vel
    - Antecedens: Ovid. Eſt virtus placitis abſtinuiſſe bonis.
    - Conſequens: Horat. Virtus eſt, vitium fugere, &c.
    - Uterq; ſimul: Pub. Fœminæ naturã regere, deſperare eſt omnium.
  - In caſu conſequente genus mutatur, ut priori non reſpondeat. Rectè enim ab Horatio dicitur: Mors ultima linea rerum
    - Explicationis loco additur: ut Homo eſt animal.
    - Non ad verbum, ſed ad ſentẽtiam refertur: ut, Homo nata fuerat: Fœdũ eſt Turcarum Tyrannis.
  - Verbum ipſum ſubſtantivum omittitur, ut: Sæpe acri potior prudentia dextra.
- Verba ſubſtantivorum vim habentia conſtructionem ſequuntur: qualia ſunt
  - Dicor, Appellor, Nominor.
  - Nuncupor, Vocor, Habeor.
  - Videor, Numeror, Judicor, &c.
- Verba habituum eodem modo præcedunt & ſequuntur nominativi: cujusmodi ſunt, quæ motum, ſtatum, ſitum, geſtumve ſignificant. In quibus aut præcedens Nominativus
  - Omittitur, ut in his. Virg. Vivite felices, quibus eſt fortuna peracta.
  - Additur, ut in his
    - Homo incedit erectus.
    - Cyclops jacet ſupinus.

### DE GENITIVO.

Genitivus eſt caſus

- Certæ ſignificationis. Genitivum enim eſſe neceſſe aut
  - Perſonæ: ut, quæ ſignificãt
    - Memoriam, ut: Jucundum eſt meminiſſe præteritorum malorum.
    - Oblivionē: ut, Memini hujus rei & hanc rem. &c.
  - Speciei, ut in verbis, quæ denotant
    - Accuſationem, ut: Apud Cajum Sacerdotem rei capitalis accuſatus.
    - Damnationem. Idem: Sceleris condemnat generum ſuum.
    - Abſolutionē. Idem. Nõ tu abſolut9 es improbitatis.
  - Quantitatis, vide A.

verborũ propri9: eum regunt verba vel

- A. Quantitatis. Hoc fit in verbis, quæ ſignficant
  - Emptionem: Juvenal. Magis illa juvant, quæ pluris emuntur.
  - Venditionem: C.
  - Æſtimationem.
    - Quantitas: ut, Magni, Parvi.
    - Æſtimationis: ut, Pluris, majoris, maximi, minoris.
    - Cõparationis: ut, Tanti, quanti, quantivis, &c
    - Qualitatis: ut, Æqui, boniq;.
- Materiæ quales ſunt, Nauci, flocci. Terent: Illi invidere, ego flocci pendere.
- Loci quales ſunt, Humi, Militiæ, domi. Virg. Nec prius abſiſtat, &c.

## DE DATIVO.

Dativus eſt caſus verborũ proprius, quẽ regunt verba vel

- Certæ ſignificationis, ut verbum Subſtantivum SVM, vel cum denotat
  - Poſſeſſionẽ. Virg. Sunt mihi bis ſeptẽ præſtanti corpore Nymphæ.
  - Æquitatem: Liv. Divites conferrent, qui oneri ferundo eſſent
  - Fieri: Horat. Quô tibi Tulli Sumere depoſitũ clavum, fieriq;. &c
- Certi uſus, ut infinitivus verbi Eſſe vel cum
  - Additur verbis perſonæ tertiæ facultatem ſignificantibus, qualia ſunt
    - Prodeſt: ut, Ovid. Nec profuit armentis, &c.
    - Dat: Idem: Vobis immunibus hujus eſſe mali dabitur.
    - Licet: Idem: Urbe licet veſtra verſibus eſſe meis.
  - Secum ipſum conſtruitur. Ovid. Eſſe bono facile eſt &c.
- Certæ compoſitionis, ut verba omnia, quæ cum præpoſitionibus componuntur.

## DE ACCUSATIVO.

Accuſativ9, eſt caſus verborum proprius: Eum regunt verba vel

- In genere activa univerſalia, non ſolùm quæ terminatione activa ſunt, verùm etiam quæ ſignificatione. Cic. in Philip. Violare amicitiam graviſſimum crimen judico, &c.
- In ſpecie certa quædam
  - Uſitatè, ut cum
    - Neutris additur Accuſativus vel
      - Ejusdem ſpeciei, more Atticorum, ut: Jurare jusjurandum.
      - Significationis cognatæ. Horat. Ire viam quam monſtrat eques.
      - Qualitatis non alienæ. Juvenal. Qui Curios ſimulant, &c.
    - Paſſivis & Neutris adduntur Accuſativi certorum nominum: ut
      - Vicem: Cic. Lent. Ultus eſt ipſe vicem ſuam per ſeſe.
      - Partem: Lucr. 3. l. Hæc vulnera vitæ Non minimam partem mortis formidine aluntur.
    - Activis, I.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id366723723/78 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft

verba, quorum Accuſativus vel propter ſignificationem, vel propter uſum, communis non eſt, ut neutrorum & paſſivorum, idq; accidit rurſus, aut

I. Activis, eorumq; vim habentibus additur accuſativus motum ſignificans ad locum minorem. Ovid. Atq; aliquis, doctas jam nunc eat, inquit, Athenas.

Inuſitatè quod ſitaut

- Figuratè, ut cum verbis paſſivis additur Accuſativus vel Ablativus
  - Affectus animi. Virg. 4. Æn. Expleri mentem nequit, ardeſcitq; tuendo.
  - Partis corporis. Ovid. Aper equus duris contunditur ora lupatis. Hanc figuram Grammatici συνεκδοχὴν vocant.
- More Græcorum, ut cum
  - Neutra paſſivaq; vi præpoſitionis cum qua componuntur, accuſativum admittunt. Ovid. 4. Metam. Deſpectat terras, totumq; ſupervolat orbem, id eſt, ſuper orbem.
  - Neutra pro Activis ponuntur: & Accuſativus Adverbii naturam induit, ut, Horrendum clamat.

## DE ABLATIVO.

Ablativus eſt caſus verborum proprius: cū regunt verba vel

- Simpliciter, ut quæ ſunt vel
  - Certæ ſignificationis, ut ſunt verba
    - Affectuum: Terent. Ut malis gaudeant, at ex incommodis aliorum ſua comparent, ut commoda.
    - Copiæ ſeu inopiæ: Cic. Vacare culpa eſt magnum ſolatiū.
    - Comparationis: Multis paraſangis illum præcurrit.
  - Certi generis, ut illa deponentia cū ſuis compoſitis.
    - Dignor, Fungor, Fruſtror, Glorior.
    - Lætor, Potior, Veſcor, Utor.
    - Virg. Haud equidem tali me dignor honore.
  - Certæ qualitatis, ut in verbis
    - Judiciorum qualia ſunt: Accuſandi, Damnandi, Abſolvēdi — Si caſus ſequens generis ſeu communioris vocabuli eſt.
    - Precii qualia ſunt — Emendi, Vendendi, Æſtimandi — Si caſus eſt nominis ſubſtantivi.
      Ut: Emit caro, vendit vili. Mart: Parvo cùm precio diu liceret.
- Cum Præpoſitione K.
  - Certæ compoſitionis propter præpoſitionem, quæ poëticè adimitur ſuo caſui, & adjungitur verbo. Omnibus idem animus ſcelerata excedere terra.

K. Cũ Præpoſitione: ut ea quæ ſunt vel

- Certæ ſignificationis, ut ſunt verba
  - Pugnandi: Cic. pro Balbo. Cum hoſte cominus in acie ſæpè pugnavi.
  - Liberandi: Idem: de Univerſ. Deus motum cœli ab omni erratione liberavit.
  - Abſtinendi: Liv. Ab uno eo ferrum ignemq́; & vim omnem hoſtium abſtinere poſſit.
  - Accipiendi: Terent. in Adelph. Abs quivis homine, cum opus eſt, beneficium accipere gaudeas.
- Certi generis, ut Paſſiva, & eorum vim habentia. Horat. Laudatur ab his, culpatur ab illis.
- Certæ qualitatis ut: cum nomina ſignificant
  - Locum majorem, ut: Fui in Italia, Vixi in ocio. Nam locum minorem ſignificantibus non additur præpoſitio, ut: Negociatur Patris. Diſſimulatur etiam interdum Præpoſitio more Poëtarum Virg. Durate, & voſmet rebus ſervate ſecundis.
  - Tempus: Juven. Ut jugulent homines, ſurgunt de nocte latrones.
  - Diſtantiam: Ovid. Millia qui novies diſtat ab urbe decem.
- Certæ compoſitionis, ut cũ Præpoſitio, cũ qua verbum eſt compoſitũ, repetitur:
  - A. Ovid. Adde, quod inſidiæ ſacris à vatibus abſunt.
  - CUM. Cic. Cum ipſa Repub. quaſi collocutus ſum.
  - DE. ut: Idem: Non ut aliquid de illa commendatione diminuã.
  - EX. Idem: Ne tibi exire ex orbe ſit neceſſe.
  - IN. Idem: In oratore perfecto ineſt omnis Philoſophorum ſcientia.
  - PRO. Idem: Cum equeſtris ordinis princeps eſſet, proque meâ ſalute acerrimè propugnaret.

## DE CASIBUS SYNTHETICIS SEU CONNEXIS.

Connexi, ſeu conjuncti caſus inter ſe copulantur aut

- Eodem tempore & ſimpliciter, ut
  - Genitivus cũ
    - Dativo, ut:
      - Proſpicio alicujus commodis.
      - Conſulo pueritiæ ſtudiis.
    - Accuſativo, ut
      - Doleo tui vicem.
      - Reprehendo adoleſcentum contumaciã.
  - Dativus cum
    - Accuſativo, ut
      - Infligo tibi vulnus.
      - Ne frena animo permitte calenti.
    - Ablativo, ut:
      - Interdico tibi igni & aqua.
      - Ut hoſce inſtruxit, ipſius ſibi cavit loco.
  - Accuſativus, vide L.
- Temporibus diverſis, vide M.

**L. Accuſativus, cum**

- Genitivo: ut,
  - Accuſo te furti,
  - Damno illum capitis.
- Dativo: ut,
  - Ocia dant animos Veneri.
  - Evaganti frena licentiæ injecit.
- Ablativo
  - Prohibeo te domo, Emo agrum pecunia.
  - Arceo hoſtem patria, &c.

**Ablativus cum Genitivo, ut:**

- Superſedeo labore itineris.
- Suſtentor ſumptibus patris.

**M. ¶ Temporibus diverſis vel cū caſus —**

- Separati variantur aliqua præpoſitione: ut —
  - Genitivus: ut,
    - Admoneo hujus & de hac re.
    - Poſtulatus ambitus, & de ambitu.
  - Dativus: ut,
    - Exulo domo & à domo.
    - Sum moræ, & in mora.
    - Natus alicui rei & ad aliquam rem.
  - Accuſativus: ut,
    - Accedo te, & accedo ad te.
    - Invado aliquem & in aliquem.
  - Ablativus: ut,
    - Libero periculo & à periculo.
    - Laborat pedibus & ex pedibus.
    - Nititur haſta & in haſtam.
    - Jacet humo & in humo.
- Conjuncti inter ſe permutantur converſione
  - Nominativus & Accuſativus, ut: Cœpit me voluptas & ego cepi voluptatem.
  - Dativus & Accuſativus:
    - Dono tibi librum & dono te libro.
    - Impertior tibi ſalutem & impertior te ſalute
  - Accuſativus & Genitivus: ut
    - Accuſo adoleſcentes inertiæ
    - &
    - Accuſo adoleſcentū inertiā.
  - Accuſativus & Ablativus: ut Induo me veſte, & Induo mihi veſtem.

## DE VERBIS IMPERSONALIBUS INFINITIS, DE INFINITIVIS.

**Infinitivorum verborũ Regulæ, aut ſũt**

- **Generales: quales ſunt**
  - Verbum modi infiniti eundem caſum amittit, quem ipſius thema. Ovid. 2. de Pon. Conveniens hominum eſt hominem ſervare voluptas.
  - Infinitivus more Græcorũ ponitur interdũ loco
    - Nominatvi antecedentis. Perſ. Scire tuum nihil eſt &c. pro ſcientia tua nihil eſt.
    - Accuſativi conſequentis, ut: Ovid. Et poteris, modò velle tene; id eſt, modo retine voluntatem.
- **Speciales: cujusmodi ſunt**
  - Infinitivum præcedit accuſativus, qui per Nominativum reſolvitur. Horat. Metiri ſe quenq; ſuo modulo ac pede, verum eſt, id eſt, ut quiſq; ſe metiatur.
  - Infinitivos verborum, quæ geſtũ aut habitũ ſignificãt, præcedunt & ſequũtur Accuſativi. Terent. Evnuch. Parmenonẽ incedere triſtem video, id eſt, quod incedat triſtis. Accuſativus autem poſterior mutatur interdum in
    - Nominativum Lucan. 9. Tumq; putavit jam bonus eſſe ſocer.
    - Dativum. Martial. Nobis non licet eſſe tam diſertis.
  - Infinitivus adjungitur aliis verbis, nempe cum verbo apponitur aut
    - Unus infinitivus qui ſignificat aut
      - Facultatem. Ovid. Fœlix qui potuit rerum cognoſcere cauſas.
      - Voluntatem. Claud. Non pete præſcriptos homini tranſcendere fines.
      - Senſum: Salvum te advenire gaudeo.
      - Hæc exponũtur, vel per particulã
        - Ut ϑελικῶς.
        - Quod εἰδικῶς. ut: Memini me dicere.
    - Duplicatus Infinitivus. Terent. in Adel. Quod juſſi ei dare bibere, & quantum imperavi, date.
  - Infinitivus apponitur etiam nominibus aut
    - Subſtantivis & ponitur pro Gerundio in DI, ut Virg. Tempus deſiſtere pugnæ, pro deſiſtendi.
    - Adjectivis & ponitur pro Gerundio in DUM, vel pro verbo modi Conjunctivi. Lucanus. O faciles dare ſumma DEOS eademq; tueri Difficiles, id eſt, ad dandum & ad tuendum.

## DE IMPERSONALIBUS ACTIVÆ & PASSIVÆ VOCIS.

- Imperſonalia vocis Activæ aut regunt
  - Caſum unũ & ſimplicem vel
    - Genitivum, ut hæc tria:
      - EST. Martial. Non eſt crede mihi ſapientis dicere, Vivam.
      - Intereſt. Cic. Intereſt omnium rectè facere.
      - Refert: ut, Refert bonorum exemplis puniri improbos
      - His adjiciuntur interdum —
        - Genitivi quantitatis: ut Tanti, quanti, &c.
        - Ablativi pronominum poſſeſſivorũ: Mea, Tua, Sua, &c
        - Noſtra: Tua quod nihil refert, perçontari deſinas.
    - Dativum: quæ numerantur à Grammaticis
      - Accidit, Competit, Conducit, Evenit, Expedit, Libet, Licet. Nocet, Obeſt, &c.
    - Accuſativum: ut iſta quatuor.
      - Decet: Omnes homines ſumma ope niti decet, &c.
      - Delectat: Inprimis me delectavit, &c. Cic.
      - Juvat: Plaut: Neque quidquam me juvat, &c.
      - Oportet: Quint: Mendacem oportet eſſe memorẽ.
    - Genitivum & Ablativum: Cic. ad Attic. Mea magni intereſt te ut videã.
    - Accuſativum & Genitivum: ut ſunt Pathetica.
  - Caſum geminatum vel
    - Uſitatè: Miſeret
      - Miſeret: Terent: in Eun. Miſeret me tui, &c.
      - Piget, pudet. Idem in Adel. Fratris me quidem piget, pudetq;.
      - Pœnitet. Cic. Suæ quẽq; fortunæ pœnitet.
      - Tædet. Cic. Sunt homines quos neque pudeat neq; tædeat libidinis, infamiæq;.
    - Inuſitatè & antiquè, ut: Pudet, Pœnitet.

## DE PASSIVIS.

- Imperſonalia vocis Paſſivæ aut
  - Abſolutè ponuntur cum nullum caſum habent. Terent. Quid agitur? Statur.
  - Caſus verborum Perſonalium admittunt: idque vel
    - Simpliciter, ut
      - Genitivum, Plin. Niſi cum præſidio earum indigetur.
      - Dativum, ut: Mihi neq; feritur, neque metitur.
      - Abativũ, Vivitur exiguo melius. &c.
    - Cum Præpoſitione. Terent. in Adel. Factum à vobis duriter.



Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id366723723/83
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

## DE GERUNDIIS.

Gerundia diſtinguũtur vel
- Significatione, ut: homines nihil agendó malè agere diſcunt, id eſt, dum nihil agunt.
- Terminatione.
- Regulis, cõſtruuntur aut in
  - Genere, cum habent caſum communem ſui verbi
    - Paſſivorum verborum Gerundia nullum poſt ſe caſum admittunt: activorum verò conſtructionem ſuæ originis ſequuntur; ſimiliter, ut Participia: ut Cic. Efferor ſtudio patres veſtros quos colui, & dilexi, videndi.
  - Specie cum propriã ſequuntur conſtructionẽ: ut Gerũdia in
    - DI
      - Conſtruuntur cum nominibus ſubſtantivis, Cic. Maxima eſt illecebra peccandi impunitatis ſpes.
    - DO ponũtur, aut
      - Abſolutè. Pub. Caſta ád virum matrona parendo imperat.
      - Cum Præpoſitionib. A, AB, CVM, DE, EX, IN, PRO — Exempla petẽ ex Grammatica.
    - DVM collocãtur aut
      - Abſolutè: Cic. Vigilandum eſt ſemper, multæ inſidiæ ſunt bonis.
      - Cum certis Præpoſitionibus: quales ſunt: AD, ANTE. INTER. OB.

## DE SUPINIS.

Supina aut ſignificãt
- Activè: ut
  - In VM ſupinum primum quod ſequitur verbi ſui conſtructionem & adjungitur iis præcipuè verbis, quæ motum ad locum ſignificant: & reſolvitur aut per modum conjunctivum, aut per Gerundium in DVM Virg. Non ego Myrmidonum ſedes ſuperbas aſpiciam aut Grais ſervitum matribus ibo, id eſt, ut ſerviam: vel adſerviendum
    - Interdum Supinum
      - Ponitur, & caſus verbi omittitur, ut Ovid. Spectatũ veniunt, veniunt ſpectentur ut ipſæ.
      - Ponitur pro ſua origine ſimplici cum alio verbo, more antiquo: ut Saluſt. Bonos omnes perditum eant, id eſt, perdant.
- Paſſivè, ut ſupinum ſecundũ, quod habet conſtructionem duplicem. Aut enim adjicitur ——
  - Nominibus ſignificantibus: aut
    - Facultatem: Nec viſu facilis, nec dictu affabilis ulli.
    - Modum: Ovid. Turpe quidẽ dictu, ſed ſi modo vera fatemur.
  - Verbis motum de loco ſignificantibus: Cato: Primus cubitum ſurgat, poſtremus cubitum eat.

# DE PARTICIPIO.

Participium adjungitur aut

- Nomini: quia habet caſus & genera & imitatur conſtructionem nominis adjectivi, vel in caſu
  - Quovis, eidemq; reſpondet in genere pariter ac numero. Ovid. Flectitur iratus voce rogante DEUS.
  - Tantum Ablativo, cum deſignat conſequentiam. Pub. Bona, imperante animo, fiet pecunia.
- Verbo, quia habet tempora & ſignificationes: & tunc imitatur inſtructionem verbi ſui, ponatur
  - Figuratè: Virg. Nulli exaudita Deorum, vota preceſq; meæ.
- Participio alteri, quo modo alterutrum fieri neceſſe eſt: Pub. Amans iratus, multa mentitur ſibi.

# DE ADVERBIO.

Adverbia declarationis aut impletionis gratia, ſubjiciūtur aut

- Aliis orationis partib: ut
  - Nominibus vel
    - Adjectivus. Ovid. Tu quoq; formida nimiū ſublimia ſemper. Adverbia nominibus adjectivis conjuncta, adverbia manent: & ſi quantitatem ſignificant, gradibus apponuntur
      - Poſitivo, ut: Multò diverſus, longè mutatus, facilè princeps.
      - Comparativo, ut: Multò humanior, longè melior, facilè doctior.
      - Superlativo, ut: Multò jucundiſſimus, longè improbiſſimus, facilè primus.
    - Subſtantivis: Terent. Eia ne parum ſis leno. Adverbia verò nominibus ſubſtantivis addita, interdum in nomina degenerant, & vice adjectivorum ponuntur. Terent. Omne quod interea eſt tempus, id eſt, interjectum tempus.
  - Verbis. Prop. Mobilis & varia eſt fermè natura malorum.
  - Participiis. Terent. Ego me meis omnibus ſcio eſſe apprimè obſequentem.
  - Pronominibus. Idem. Nec ille haud ſcit, quam mihi nunc ſurdo narret fabulam.
- Alterum adverbiorum alterum explanat. Pub. Bonus animus læſus, gravius multò iraſcitur.

# DE PRÆPOSITIONE.

Præpoſitiones aliæ ſerviunt Accuſativo, aliæ Ablativo, aliæ utrique Caſui

- Accuſativo triginta:
  - A, adverſus, ante, apud.
  - Circa, circiter, circum, cis, citra, contra.
  - Erga, Extra.
  - Infra, inter, intra, juxta.
  - Ob.
  - Penes, per, pone, poſt, præter, prope, propter.
  - Secundum, ſecus, ſupra.
  - Trans.
  - Ultra, uſque.
  - Exempla vide in Grammaticis.
- Ablativo, quindecim
  - A, ab, abs, absque,
  - Clàm, coram, cum,
  - DE,
  - E, ex,
  - Palam, præ, pro, procul,
  - Sine.
  - Tenus.
  - Ex his, quæ Ablativo ſerviunt tres excipiuntur:
    - Clam, quæ interdum admittit accuſativum, more antiquo. Cic. in Sall. Timens ne facinora ejus clam vos eſſent.
    - Procul. Tenus. Exempla pete ex Grammaticis.
- Utrique caſui
  - Diverſis ſignificationibus quatuor: In, Sub, Subter, Super. Exempla in Grammaticis.
  - Eadem ſignificatione: ut, Clam apud veteres, Clam patrem, clam patre.

# DE CONJUNCTIONE.

CONJUNCTIO aut annectit orationem orationi, aut copulat ſimiles orationis partes, vel ſimilia partium accidentia. Ovid. 3. Triſt. Nil ita ſublime eſt, ſupraq; pericula tendit, Non ſit ut inferius, ſuppoſitumque DEO.

- In conjunctione obſervanda diverſitas eſt, nam interdū
  - Non conflectuntur
    - Eædem orationis partes, ut: Non ſit ut inferius, ſuppoſitumq́; DEO.
    - Similia partium accidentia, idq́; fit cum mutatur aut
      - Gradus: ut cum conjunguntur poſitivus & ſuperlativus, ut: Genus hominum adverſariorū ſeditioſum & inertiſſimū.
      - Caſus: cum connectuntur poſſeſſiva & ſubſtantiva. Terent. in And. Meo præſidio atq; hoſpitis.
      - Numerus: ut cum dico, Venetiæ & Erfurdia eodem anno conditæ ſunt.
      - Modus: Ovid. in Heroid. Non putet Alcide, victricem mille laborum Raſilibus, &c.
      - Tempus: Salluſt. in Cat. Poſtquam divitiæ honori eſſe cœpere, & eas gloria, imperium, potentia ſequebantur.
      - Perſona: Tibul. Sic ego ſim, liceatq́; caput candeſcere canis.
  - Solent Conjunctiones ſeu particulæ figuratè aut
    - Deeſſe quæ figura dicitur ἀσύνδετον. Sall. Quæ homines arant, navigant, ædificant, omnia virtuti parent.
    - Abundare quæ figura πολυσύνδετον vocatur.

## DE MODIS CONJUNCTIONUM.

- Conjunctiones adduntur in orationis contextu, modis duobus.
  - Indicativo, quales ſunt
    - Subcontinuativæ: Quoniam, quando, quandoquidē.
    - Continuativæ: Niſi, ſi.
    - Collectivæ: Scilicet, videlicet, nempe.
    - Dubitativæ: Utrum, an.
  - Conjunctivo, quales ſunt
    - Cauſales: Si, ne, quin, ut.
    - Rationales: Ni, niſi, ſiquidem, quia, &c.
  - Utrique: Indicativo & Conjunctivo, ut ſunt illativæ: Quanquam, etſi, tametſi, quamvis, licet. UT a. quia variè ſignificat, variis etiam modis conjungi ſolet.

# DE INTERJECTIONE.

Interjectiones aut

- Ponuntur abſolutè, quæ ita poni conſueverunt vel
  - Perpetuò, quales ſunt notæ
    - Silentii: St, St.
    - Fletus: Oi, hei.
    - Riſus: Ha, ha, hæ.
    - Perturbationis cujusvis: At, at, oh, oh, oh.
  - Certo loco atque tempore Virg. Mantua, væ, miſeræ, &c.
- Apponũtur aliis orationis partibus: vel
  - Nominibus, quæ certos caſus regunt, vel
    - Unũ aliquẽ ſimplicem, ut
      - Nominativum, Vah. Terent. Vah callidũ conſiliũ.
      - Dativũ, ut:
        - Hei. Virg. Hei mihi qualis erat, &c.
        - Væ. Mart. Quod ſi reſciero, væ tibi &c.
      - Accuſativum
        - O. Cic. O præclarnm cuſtodem, &c.
        - Apage Plaut. Apage iſtiuſmodi ſalutẽ, cum cruciatu quæ advenit.
        - Cedò. Cic. in Verg. Cedò tabulas.
      - Vocativum
        - Ah. Virg. Quem fugis? ah demens.
        - Au. Terent. Auau mihi homo lanusnẽ
        - Euge. Terent. Eugè ô Charine. es:
        - Ohe. Martial. Ohe jam ſatis eſt, ohe libelle.
    - Plurales caſus conjunctos, diverſis tamen in locis: ut
      - Accuſativum & Vocativũ: ut Hem, Hem aſtutias.
      - Nominativũ, Accuſativũ, Vocativũ, ut
        - O
          - Terent. in Hec. O ſors fortuna, ut nunquam perpetuò es bona.
        - Proh
          - Proh quanta potentia Dei.
          - Teren. Proh ſancte Jupiter
      - Nominativum, Dativum, Accuſativũ, Vocativum
        - Virg. 6. Æn. Heu pietas.
        - Plaut. in milite. Heu mihi
        - Virg. 7. Heu ſtirpẽ inviſam.
        - Idem: 11. Heu nimiũ virgo.
  - Verbis, ut Terent. in And. Ah tantam ne rem tam negligenter agere?
  - Adverbiis, quibus rectè adduntur Interjectiones Terent. in Heav: ut: Ohe jam deſine Deos, uxor, gratulando obtundere.
  - Interjectionibus quod fit in vehemẽtiore affectu. Conjunguntur autẽ vel
    - Eædem. Horat: 1. Cam. Heu, heu quantus equis, quantus adeſt viris ſudor.
    - Diverſæ. Virg. 4. Æn. Eia age rumpite moras · varium & mutabile, &c.

FINIS.

# FIGURARUM SYNTAXIS. PARTITIO GENERALIS.

Figuræ Syntaxis, ſeu verborum compoſitorum, quinq; in univerſū ſunt generum. Aut n. in oratione aliquid

- Subauditur, καθ᾽ ὑπόνοιαν: quo pertinent
  - Πρόληψις.
  - Σύλληψις.
  - Ζεῦγμα.
- Immutatur, κατ᾽ ἐναλλαγήν, quod fit commutatione, vel
  - Partium atque accidentium omnium, cujusmodi eſt ἐναλλαγή.
  - Certorum aliquot accidentium, generis videlicet & numeri, quales ſunt
    - Appoſitio ſeu πρόθεσις.
    - Σύνθεσις.
  - Unius tantum accidentis
    - Caſuum, ut: ἀντίπτωσις.
    - Perſonarum, ut: Evocatio.
- Abundat, κατὰ πλεονασμόν, quod fit aut
  - Superfluitate, quales ſunt
    - Πλεονασμός.
    - Παρέλκον.
    - Πολυσύνδετον.
  - Repetitione, qualis eſt Παλιλογία.
  - Interjectione, quales ſunt
    - Parentheſis.
    - ἐπεμβολή.
- Deſideratur, καθ᾽ ἔνδιαν: quod fit aut
  - Conſuetudine.
  - Ratione,
  - Affectu,
  - Vehementia,
  - Aliqua conſequentia
  - Quo pertinet
    - ἔλλειψις.
    - Ὑπόνοια.
    - Ἀποσιώπησις.
    - Ἀσύνδετον.
    - Ἀνακόλουθον.
- Trajicitur, καθ᾽ ὑπέρβατον: aut cum
  - Trajiciuntur ſimplicia verba: quales ſunt
    - Ὕστερον πρότερον.
    - Ἀναστροφή.
    - Διακοπή.
  - Tota compoſitio orationis involvitur: quò pertinent
    - Ὑπέρβατον.
    - Σύγχυσις.
  - Sententiæ transponuntur, quales ſunt
    - Ὑπαλλαγή.
    - Ὑστερολογία.

1. Prolepſis, partitio ſeu diſtributio quædam eſt, cum generi ſeu toti alicui partes ſubjiciuntur, diverſis numeris aut perſonis verbo non repetito, ut: Milites redeunt, hic ex Hiſpaniis, ille ex Galliis. Item. Ego vapulando, ille verberando, uſq; ambo defeſſi ſumus.

Cujus generis & illa ſunt.

Quiſque ſuos patimur manes. &c.

## II. DE SYLLEPSI.

2. Syllepſis comprehēſio vel conceptio, eſt cū de variis ſubjectis unum aliquod prædicatur, quod deſideratur in altero reſolvendo repetitur, ſed accidente diverſo. Fit igitur quadrifariam Syllepſis:

- Genere, ſi ſubſtantiva rerum ſunt
  - Animatarum, tunc adjectivum reſpondet digniori vel nomine
    - Expreſſo. Ovid. Mulciberis capti Marsq; Venusq; dolis.
    - Suppreſſo. Idem. Impliciti laqueis nudus uterq; jacet.
  - Non animatarum: tunc adjectivum nulli reſpondet, ſed univerſis in neutro genere addi ſolet. Cic. in Off. Regna, imperia, nobilitates, honores, divitiæ, opes in caſu ſita ſunt.
- Numero, vel cum
  - Antecedentibus ſingularibus verbum adjicitur plurale. Cic. in Piſon. Sua quenque fraus, ſuum facinus, ſuum ſcelus, ſua audacia, de mente ac ſanitate deturbant.
  - Antecedenti plurali verbum adjicitur ſingulare. Terent. in Eunuch. Adeon' homines immutarier ex amore, ut non cognoſcas eundem eſſe?
  - Antecedentibus ſingularibus pluralibusque verbum apponitur plurale Liv. Cum terra Navis Lacedæmoniiq;, mari Romana claſſis urgebant.
- Perſona, fit cum diverſarum perſonarum Nominativis inter ſe junctis, verbum plurale infertur, quod perſonæ digniori reſpondet ut: Ego & vicinus concertavimus. Tu & frater bellè convenitis.
- Caſu, fit cum Nominativo & Ablativo inter ſe cohærentibus, verbum vel adjectivum additum, pluraliter effertur, ut: Remo cum fratre Quirinus Jura dabant.

## DE ZEVGMATE.

**Zevgma, adjunctio Latinè, eſt, cũ uno verbo plures comprehendimus ſententias. Habet autem diviſionem triplicem:**

- Prima, in qua judicatur de adjunctionis qualitate, aut enim
  - Uni verbo plures adduntur clauſulæ, quod verbum in ſingulis abſq; mutatione repetendum eſt. Cic. Vicit pudorem libido, timorem audacia, &c.
  - Subſtantivis pluribus unum adjicitur
    - Nomen Adjectivum, quod reſpondet propiori. Virg. Æneas urbe, & ſociis & claſſe relicta.
    - Verbum, quod propinquiori eodem modo reſpondet. Ovid. Tityrus, & ſegetes, Æneiaq; arma legentur.
- Altera, in qua agitur de materia, in quibus videlicet accidentibus Zevgma fit. Fit autem in his quatuor:
  - Genere: Terent. Utinam aut hic ſurdus aut hæc muta facta ſit.
  - Numero: Ovid. Cum mea ſint illo currus & arma loco.
  - Perſona: Hor. Tu quid ego & populus mecum deſideret, audi.
  - Caſu: Terent. Si illum minus norat, quippe homo jam grandior, pauper.
- Tertia diviſio, in qua de verbi aut nominis poſitum agitur. Poſitus cum ſit in
  - Initio, appellatur πρόζευγμα, id eſt, Adjunctio. Virg. Sunt nobis mitia poma, caſtaneæ molles & preſſi copia lactis.
  - Medio, nominatur μεσόζευγμα. Virg. Caper tibi ſalvus & hædi.
  - Extremo, dicitur ὑπόζευγμα, id eſt, ſubjunctio ab inferiore. Hor. Non Torquate genus, non te facundia, non te Reſtituet pietas.

## DE ENALLAGE.

Enallage, mutatio eſt cum aut pars orationis, aut accidens aliquod immutatur.

**Sunt autem penè infinitæ Enallagæ, ex quibus nos has potiſſimum recenſendas exiſtimavimus.**

1. Frequens Enallage eſt, cum in narrando, Infinitivo pro Imperfecto Indicativi utimur, ut: Terent. Facilè omnes perferre ac pati, pro perferebat & patiebatur. Idem in Evnuch. Invidere omnes mihi, mordere clanculum, ego non flocci pendere. Et Paſſiva voce, Mihi ſacra parari. Æn. 2 pro parabantur.
2. Eſt & illa Enallage, cum verbum ſubſtantivum contra rationem in numero convenit cum poſteriore Nominativo, ut: Verbum caro factum. Terent. Amantium iræ amoris redintegratio eſt.



Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id366723723/91
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft

## DE APPOSITIONE.

Appoſitio, eſt duorum ſubſtantivorum connexio quorum alterum ab altero explicatur aut diſcernitur. Hæc dividitur, vel ſecundum

- Formā qua omnis appoſitio aut eſt
  - Simplex, cum unum tantum ſubſtantivum conjungitur cum altero. Horat. Et genus & formam regina pecunia donat.
  - Concinna, cum ſubſtantivo additur nova oratio, illuſtrandi gratia. Ovid. 3. de Ponto. Livor, iners vicium, mores non exit in altos.
- Tractationem, qua appoſitio omnis, aut eſt
  - Perfecta, quæ reſpondet Genere, Numero & Caſu. Virg. 1. Æn. Troës te miſeri, ventis maria omnia vecti, Oramus.
  - Imperfecta, in qua fit mutatio
    - Generis: Idem 8. Hunc tibi præterea (ſpes & ſolatia noſtri) Pallanta adjungam.
    - Numeri, vel cum ponitur cū
      - Simplice collectivū. Ovid. Turba ruunt in me luxurioſa proci.
      - Integro defectivum. Virg. Corydon ardebat Alexin, Delicias domini.
  - Imperfectiſſima, cum fit mutatio caſus. Propert. 3. Magna viri merces parat ultima terra triumphos, pro triumphos qui ſunt magna merces viri.

## DE SYNTHESI.

Syntheſis ſeu Compoſitio eſt, cum ratio habetur non vocum aut verborum, ſed ſententiæ & intellectus. Hæc quoque eſt aut

- Simplex, quæ fit in uno aliquo accidente, ut in
  - Genere, quando id mutatur vel
    - Καθ' ἔλλειψιν, quia ſubintelligitur aliquid. Virg. Centauro invehitur magna. Supple navi.
    - Καθ' ἀνακόλουθον, Plaut. in Ruden. Is nos per gentes, alium in alia diſparat, pro, in alia loca.
    - Καθ' ἀντιμέρειαν, quia propter diſtributionem fit mutatio. Idem Virg. Aeratasq; acies in prælia cogit, Quiſque ſuos. Pro, ſuam aciem.
    - Καθ' ὕλην, cum ſumitur materialiter relatio. Terent. in Heaut. Vel virtus tua me vel vicinitas facit &c. pro quam virtutem.
  - Numero, cum ad nomen Collectivum aut Partitivū ſingulare, adjicitur verbum plurale, exempli gratia
    - Ad nomen Collectivum. Virg. Triplici pubes quam Dardana verſu Impellunt.
    - Ad nomen Partitivum. Ovid. Quò ruitis, id eſt, veſtras quiſque redite domos.
- Duplicata, quæ fit in utroque accidente pariter, genere & numero. Salluſt. Maxima pars vulnerati aut occiſi.

## DE ANTIPTOSI.

Antiptoſis peculiariter fit, cum contra Analogiam antecedens imitatur caſum relativi, ut: *Urbem quam ſtatuo veſtra eſt, ſubducite naves.* Sed tamen & alii caſus pro aliis, poſiti inveniuntur Græca cõſuetudine, veluti

Nominativus pro Accuſativo, ut: Catull. epigr. 3. Caſelus iſte quem videtis hoſpites, ait fuiſſe navium celerrimus, &c. Lucan. lib. 9. Tutumq; putavit, Jam bonus eſſe ſocer. Ovid. lib. 2. Triſt. Acceptum refero verſibus eſſe nocens.

ET

Nominativus pro Vocativo, ut: Virg. Eclog. 7.
*Muſcoſi fontes & ſomno mollior herba,*
*Et quæ vos rara viridis tegit arbutus umbra.*
*Solſtitium pecori defendite, &c.* pro, *& arbute quæ tegis eos rara umbra.*

Item ad Perſium ſat. 1. *Vos ô patricius ſanguis, quos vivere fas eſt,*
*Occipiti cæco, poſticæ occurrite ſannæ*: *pro ô patricie ſanguis.*
Tametſi poſterius hoc quidam etiam καθ' ἔλλειψιν exponant, ut ſit integrum: O vos, qui eſtis patricius ſanguis.

## DE SYNECHDOCHE.

Synechdoche, ſeu comprehenſio, cum id quod partem ſubſtantiæ ſignificat, ei cui adjungitur, in caſu uſitato non reſpondet. Ea fit vel in —

- Nominibus, vel
  - Subſtantivis, patriam ſignificantibus. Virg. 5. *Creſſa genus Pholoë.* Idem. 3. *Conſertum tegmen ſpinis, at cætera Graius.*
  - Adjectivis, ſignificantibus habitum corporis aut animi. Virg. *Oculos horrenda in virgine fixus.* Idem 1. *Os humeroſq; DEO ſimilis.*
- Verbis, vel
  - Neutris. Virg. in Georg. *Micat auribus, & tremit artus.*
  - Paſſivis. Ovid. in Met. *Figitur huic duplici Grynæus lumina ramo.*



Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id366723723/93 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft

## DE EVOCATIONE.

Evocatio eſt, cum Pronomen primæ aut ſecūdæ perſonæ præponitur nomini ſubſtantivo perſonæ tertiæ. Hæc aut

- Integra eſt, quæ expreſſam perſonam habet. Virg. Nos animæ viles, inhumata infletaq; turba Sternamur campis.
- Defectum habet, in qua perſona non exprimitur. Horat. *Jactamus jampridem omnis te Roma beatū.*
  - Eodem
    - Numero: Ovid. 1. Met. *Me miſerum, quod amor nō eſt medicabilis herbis.*
    - Genere: Horat. in Epod. *Nos numerus ſumus & fruges conſumere nati.*
  - Diverſo
    - Numero: Ovid. 2. Faſt. *Hoc dedimus nos tibi nomen Eques,*
    - Genere: Virg. 1. Æn. *Nos tua progenies, cœli quibus annuis arcem.*

Finis Syntaxis, tàm figuratæ quàm ſimplicis.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id366723723/94 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

# PROSODIA.

Omnes ſyllabæ quod ad collocationem & quantitatem attinet aut primæ ſunt, aut, mediæ aut ultimæ: eæq; vel longæ, vel breves, vel ambiguæ. Omnium a. quantitas cùm in genere cognoſcitur, tùm etiam cognoſcitur in ſpecie. —

- In Genere
  - Omnium.
    - Poſitione.
    - Diphthongo.
    - Regula.
    - Exemplo.
  - Primæ ac mediæ –
    - Vocali ante Vocalem.
    - Derivatione.
- In Specie
  - Primæ –
    - Præpoſitione.
    - Compoſitione.
  - Mediæ –
    - Accentu.
    - Diminutione.
- Ultimæ, Terminatione, aut
  - Vocalis.
  - Conſonantis.

## DE SYLLABARUM QVANTITATE IN GENERE.

## De omnibus Syllabis.

### I. DE POSITIONE.

Poſitio qua ſyllaba producitur, quæq; ſyllabis omnibus accidit, ſit aut

- Revera, cum in eadem dictione, vel in diverſis, duæ pluresvè conſonantes, aut una geminata vocalem conſequitur: ut, Carmen, ineptus.
- Facultate, cum è duplicibus aliqua vocalem ſequitur, vel I litera, aut interdum V, inter duas vocales ponitur: ut, Axis, Gaza.

### Obſervatio.

Si poſt mutam ſequitur liquida, triplex obſervatio ſtudioſè annotanda eſt

1. Syllabæ poſitione longæ, breves fiunt, ut in Atlas.
2. Contrà breves ſyllabæ, propter eandem poſitionem fiunt longæ. Idem 13. Met. Et primò ſimilis volucri mox vera volucris. Eodem Tenebræ.
3. Syllabæ, natura longæ nunquam propter mutam & liquidam poſſunt fieri breves: ut, Mater, matris.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id366723723/95
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

## II. DE DIPHTHONGO.

Diphthongus, qua eodem modo ſyllaba producitur, eſt duarum vocalium connexio: ut: Aula, Eurus. Diphthongus interdũ corripitur, idque fit vel

- In Compoſitione: ut Præire, præhendere. Ovid. 7. Met. Quas ubi viderit præacutæ cuſpitis haſtas.
- Extra Compoſitionem, more Græcorum, quod rarius eſt apud Latinos. Virg. 3. Æn. Inſulæ Jonio in magno, quas dira Celæno, Harpyiæq; colunt aliæ.

## III. DE REGULA.

Regula eſt obſervatio cœtera, comprobata uſu & conſuetudine, qua ſyllaba & produci poteſt & corripi. Regulæ autem ſunt duodecim

1. Contractio ſemper longã efficit ſyllabam, ut: Nil pro nihil. Di pro Dii.
2. Apoſtrophus ſyllabam facit in aliquib. vocalib.
   - Brevem Tibul. Eventum precor, viden' ut felicibus extis.
   - Longam. Horat. Illuc unde abii redeo: nemon' ut avarus.
3. Monoſyllaba ferè producuntur;
   - Nomina: ut, Par, mas, fas, lis, &c.
   - Pronomina; Me, te, ſe, tu, nos, vos.
   - Verba: Do, ſto, flo.
   - Particulæ: Ne, non, cur ſic en. ſ[t]: Bis, ter, an. brevia
4. Præterita duarum ſyllabarum priorem producunt. Excipiuntur ſex, quæ cognoſcuntur ex Compoſitis.
   - Dedi, Steti, Scidi, Bibi, Tuli, Fidi — in Comp. — addidi. aſtiti. diſcidi. ebibi. attuli diffidi.
5. Præterita principium geminantia primam habent correptam & niſi obſtet poſitio etiam mediam, ut:
   - Cecidi, à cado: pepuli,
   - Didici.
   - Momordi, tutudi
   - Quod ad mediam ſyllabam attinet, excipiuntur duo: pependi, à pedo, cecidi à cædo.
6. Præterita in VI unam ſyllabam definentia, mediam habent productam, ut: Spectavi, agnovi.
7. Supina item duarum ſyllabarum producuntur. Excipiuntur decem
   - Datum, Statum, Situm, Rutum.
   - Satum, Itum, Litum.
   - Ratum, Quitum, Citum.
8. Tempora verborum Præſentis & Præteriti, de quibus formantur, etiam in reliquis temporib. & modis ſequuntur quantitatẽ. Nam in iis, quæ veniunt ab Indicativo
   - Præſenti, corripiuntur, ut: Lego, legerem, legere &c.
   - Præterito, producuntur, ut: Legi, legeram, legiſſem, legero.

9. Voces quædam in compoſitione corripiuntur, quæ ſeparatim vocales longas habent
- E, in liquefacio & tepefacio & ſimilibus, ut Virgil. Frigore mella Cogit hyems, eademq; calor liquefacta remittit, nam antepenultimā longam declarat derivatio & Ovidii auctoritas in 7. Met. Thura liquefaciunt.
- I, ut Uni, in unicuique. Prop. Unicuique dedit vitium natura creato.
- O, ut: Tanto, in tantopere.
- V, ut: Diu, in diuturnus.

10. Nomina propria eandem quantitatem non habent vel in
- Caſu recto: ut, Sichæus apud Virg.
- Genitivo: ut, Orion Orionis. & Oriônis.

11. BI & TRI illiteratæ particulæ, in compoſitis ſunt breves, ut: Horat. Bimarisve Corinthi Mœnia. Item TRE, ut in nominibus Tredecim, Trecenti. Item DU in duplex.

12. Variatio ſignificationis, variat interdum numerum, ut; Tribulum pro inſtrumento, primam producit. Virg. Tribulaq;, Traheæq;. Tribulus pro genere ſpinæ eandem corripit. Idem: Lappæq; tribuli abſint.

## IV. DE EXEMPLO.

Exemplum nihil aliud eſt, quàm laudata bene ſcribentium auctoritas, quo ſyllaba anceps eſt: corripi n. & produci poteſt. Eo utimur cum reliquis deſtituti ſumus. Exempla autem ſunt vel
- Uſitata, quæ imitatione digna ſunt: qualia ſunt optimorum: Lucretii, Virgilii, Ovidii, &c. qui his ſunt ſimilimi, quos etiam valere præ cæteris volumus.
- Minus uſitata, quæ in lectione aut vetuſtiſſimorum, aut maximè recentium occurrunt, quæ tamē ſunt obſervatione digna. Eaq; vel
  - Auctoritatem habent, ut in nomine Euripus, cum ponitur pro freto, item cum pro aquæ ductu, ut Cicero exponit. Similiter in nomine Edonius, antepenultimam producunt. Virg. Horat.
  - Valent conſuetudine. Eccleſiaſtici ſcriptores Idolum & paraclitus, in penultimis contra naturam corripiunt.
  - Aſtruuntur opinione. Nam voluptas propter ſequens PT priorem habere correptam.

## DE PRIMA AC MEDIA SYLLABA IN GENERE.

Prima ac media ſyllabæ, præter eas rationes quas modò enumeravi, duabus aliis dignoſcuntur, vel

- Vocali ante vocalem qua plerunq; ſyllaba corripitur, ut, Priamus, Italia filius. Hoc mutatur duobus modis
  - Imitatione Græcorū, vel propter
    - Vocales longas: ut, Aër, Laërtes, Ixion.
    - Diphthongos: ut: Darius, Orion.
  - Conſuetudine Latinorum, ut in
    - Genitivis & Dativis in EI quintæ, ut: Diei, ſpeciei.
    - Genitivis in IVS
      - Alius & ſolius, nunquam breves fiunt: alterius, nunquam eſt longum. Idem fit in interjectionibus, Ohe, & eheu.
      - Dubii ſunt, natura breves, longi, conſuetudine, ut: Nullius, unius, illius &c.
    - Verbo Fio, quando litera R, vocalem non ſequitur, longa eſt, Fio fiebā, nam fierem & fieri excipiuntur.
- Derivatione, qua ſyllaba utranque quantitatē recipit, ut: Jocari, primam habet brevem, venit enim à nomine Jocus, &c. Hæc variat rationibus contrariis. Interdum enim
  - A brevibus dictionibus fiunt derivationes longæ: ut à penus penuria, à baculo imbecillis, à lino litera, à ſedeo ſedes, à naro natare, &c.
  - A longis dictionibus exiſtunt derivationes breves: ut, à ſopio ſopior, à dico dicax, & maledicus fatidicus & ſimilia ab odi odiū, à litera litura. Huc diminutiva: mammilla à mamma.
  - A brevibus ſeu longis inveniuntur derivationes multiplices, ut, quotidianus à quoto die. Quando in quandôq; longa eſt, &c.
  - A diverſis dictionibus, ſed inter ſe ſimilibus, derivationes indifferentes, ut: Liquîdus à Deponente liquor prima longa, à neutro liqueo prima brevi.

## DE SYLLABARUM QVANTITATE IN SPECIE.

### DE PRIMA SYLLABA.

Prima ſyllaba ſeparatim dupliciter cognoſcitur

- Præpoſitione. Harum aliæ in compoſitione
  - Breves, ut: AB, AD, IN, OB, PER, SUB. Abeo, adeo, ineo, obeo, pereo, ſubeo. Et inſeparabilis RE, quæ longa fit:
    - Differentiæ cauſa: ut
    - Refert pro utile eſt.
  - Longæ, vide A.
- Compoſitione, vide B.

A.

Longæ, ut: A, E, DE, PRO: Amitto, emitto, demitto, promitto, & inſeparbiles DI, CO, SE, TRA: Dirigo, copulo, ſeparo, trajicio. Hæ mutantur dupliciter

- Vocali ante vocalem, ut: Deamo dehiſco.
- Uſu auctorum, ut
  - DI corripitur in verb. Divino & Diſertus.
  - PRO in multis anceps eſt, ut in Procuro, Profundo, Propello. Corripitur autem in cæteris
    - Nominibus, ut: procella, profugus &c.
    - Verbis, ut: Proficiſcor, Profiteor, &c.
    - Adverbiis, ut: Proinde.

B.

Compoſitione: quæ ſyllabarum correptiones & moras ipſo ſignificat accentu: penultima

- brevi: Voro devoro, gravis pergravis.
- longa: Pono depono, primum apprimè.

## DE MEDIA STLLABA.

Media ſyllaba cognoſcitur duobus modis

- Accentu, quo ſyllaba modò lōga, modò brevis. Eſt a. accentus, depreſſio elevatiovè ſyllabæ, ut: ſcribere, amare. In cognoſcenda a. ſyllaba penultima conſideranda in vocabulis ſunt ſex:
  - I. Natura, quæ ſe ſtatim offert in caſu recto, ut mediam productam habent hæc ſequentia, Haſtile, tibicen, fidicen, &c.
  - II. Qualitas, quæ ex obliquorum regulis diſcenda eſt uſu obſervatis: ut
    - Media efferuntur producta: Iber, Iberis. Calcar, calcāris. Calor, caloris.
    - Eadē pronunciātur correpta: Æther, ætheris. Jubar, jubaris.
    - Mediam in genitivis naturam habent quædam nomina propria.
  - III. Analogia, quæ nominum diverſorum eſt æqualitas propter ſimilitudinem derivationis, ut: quemadmodum mediæ producuntur in loquela, vinoſus, alumen, ſimiliter, in medela, generoſus, bitumen.
  - IV. Deductio, quæ eſt aut
    - Certorum nominum & tantū adjectivorum. Nam quæ veniunt à nominis ſubſtantivis poſſeſſiva
      - Rerum animatarum producunt penultimam, ut: Muſtelinus, mucrinus, a muſtela, mucre.
      - Rerum nō animatarū eandē corripiunt, Ea ſignt aut
        - Materiam: ut, Murminus, cryſtallinus.
        - Qualitatem: ut, Coccinus.
        - Tempus: ut, Craſtinus & ſerotinus, exceptis, Matutinus, veſpertinus.
    - Verborū in 1. Conjugatione, quorū aliqua
      - Producuntur, ut, Feſtino, inclino, propino.
      - Corripiuntur, quorum actio ad aliud refertur, ut: Inquino, contamino.
  - V. Origo, vide C.
- Diminutione, vide D.



Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id366723723/99 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

C. V. Origo dictionis, quæeſt omnium tàm nominũ quàm verborum, eaq; ſolet inveſtigari vel

- Ex parte orationis; ut Exîlis, nomen producitur: Exilis verbum corripitur.
- Ex partium varis accidentibus
  - Caſibus: ut, —— Decoris à decus. Decôris à decor.
  - Conjugatione: ut, Parêre pro obtemperare. Parere pro eniti.
  - Temporibus: ut, Cecidi à cado. Cecîdi à cædo.

VI. Significatio: ut, Alia ſignificatio eſt, Oblîtus media longa. Virg. in Buc. Nunc oblîta mihi tot carmina. Et alia Oblitus, eadem brevi. Sic Excitus, id eſt, expergefactus & Excîtus pro evocatus.

D. Diminutione: Qua ſyllaba indifferens eſt, & quantitatis utriuſque particeps. Diminutio autemeſt detractio, cùm de fine dictionis, una atque altera pluresvè ſyllabæ demuntur, & ex eo, quod reliquum eſt, elicitur quantitas. Fieri hoc nequit, niſi in dictionibus quatuor aut plurium ſyllabarum. Tibull. Pieridas pueri, doctos & amate Poëtas. In nomine Pieridas, abjecta ultima ſyllaba, manet Pieri: unde penultimam eſſe brevem intelligimus.

## DE ULTIMA SYLLABA.

Ultimæ ſyllabæ indicantur ſpeciatim ex terminatione vel localium, qui apud Latinos ancipites ſunt, excepto V, vel conſonantium, quarum etiam

- Terminatio vocalis In genere deſinentia in ——
  - A producũtur. Excipiuntur
    - Nominativi & Vocativi cujuscunq; generis, declinationis, numeri: ut, Poëta, Muſa, indigena.
    - Accuſativi item Græci: ut Agamemnona.
    - Vocativi item à Græcis, quorum aliqui producuntur: ut, Æneas, Anchiſa apud Virg. Aliqui corripiuntur: ut, Atrida apud Prop. Ita, quia, corripiuntur.
    - Anteà Adverbium producitur, Poſteà corripitur: ut, Hac ſemel amiſſa poſteà nullus eris.
    - Numeralia, quæ declinantur, brevia ſunt, quæ non declinantur, longa. Virg. Triginta capitum fœtus enixa jacebit.
  - E corripiuntur, vide E.
- Terminatio conſonantis, vide F.

diverſa &multiplex eſt in quantitate.

E corripiuntur. Excipiuntur
- Ablativus quintæ: ut, Die, ſpecie.
- Græca fœminina, Penelope, Canace, Evadne.
- Neutra indeclinabilia: ut, Cete, Tempe.
- Vocativus primæ & tertiæ Nominativorum ES terminatorum: ut: Anchiſe, Achille.
- Ablativus tertiæ, à Græcis primæ: ut, Laërteq; ſatus.
- Imperativus ſecundæ, ut Doce, Excipiuntur in compoſitione videſis, caneſis, taceſis apud Comicos.
- Ab Adjectivis derivata Adverbia, item adverbiorum gradus in comparatione producuntur: ut doctè, doctiſſimè: præter benè & malè. Quæ à nominibus veniunt in IS, corripiuntur: ut dulce difficile. Quæ adverbia non deducuntur à nominibus, ſunt correpta: ut Pænè, ritè, ſæpè, Excipiuntur ferè, fermè, hodiè.

I, producuntur. Excipiuntur
- Pronomina: Mihi, Tibi, Sibi.
- Adverbia, Ni, quaſi.
- Ubi & ibi, ſunt communia, horum tamen compoſita producuntur, Ubique & ibidem.
- Græci vocativi. Ovid. Tu Pari ſemper ama.

O, Communia ferè ſunt
- Græca maſculina plerunq; corripiuntur: ut, Apollo, Plato, Zeno.
- Fœminina ſemper producuntur: ut, Dido, Hero, Sappho.
- Dativus & Ablativus ſecundæ declinationis producuntur.
- Gerundia in DO, natura ſunt longa, uſu corripiuntur. Tibul. Aufer & ipſe meum pariter medicando dolorem.
- Adverbia in O producuntur exceptis. Modò & citò, quæ habentur communia. Idem fit in compoſitis, Dummodo, poſtmodo.
- Quando ſeparatim ſemper producitur à Virgilio, contrà in compoſitione, ut in quandoquidem corripitur: Sed ab Horatio producitur, Quandocunq; trahunt in viſa negotia Romani. Item. Quandoq; bonus dormitat Homerus.

V producuntur vide G.

- G. V producuntur omnia, ut: Cornu, veru, genu.
- F. Terminatio conſonantis
  - B. corripiuntur: ut, Ab, ob, ſub. Externa producuntur, Job, Jacob.
  - C. producuntur. Excipe Nec, donec. Fac verbum, & Hic pronomen, ſunt communia.
  - D. corripiuntur: ut, Ad, ſed, quid, quod. Barbara producuntur, David, Bogud.
  - L. corripiuntur. Excipe Sol, Peregrina cenſetur longa: Tanaquil, Gilgil, Daniel.
  - M. corripitur, ſi non elidatur. Ovid. More lupi clauſas circumeuntis oves.
  - N. corripiuntur. Græca excipiuntur
    - Nominativi: Pan, Titan, Pæan: item Hymen, Syren, attagen: item Ixion, Actæon: item Delphin, Salamyn, Trachin.
    - Accuſativi
      - Primæ & ſecundæ inflexionis. Horat. Pythagoran, Antyq; reum, doctumq; Platona.
      - Secundæ in An qui dubii ſunt: interdum enim
        - Producuntur. Idem. Qui legis Electran, & egentem mentis Oreſtem.
        - Corripiuntur: ut apud eundē: Majan, & Electram, Taygetamq; Jovi.
      - Tertiæ & quintæ in ON, IN & YN, corripiuntur, Ovidius, Acheloon & Inachon amnes.
  - R. corripiuntur, Excipiuntur
    - Par cum compoſitis.
    - Græci Nominativi à quinta declinatione: ut Aër, æther, character, crater, ſpinter, Iber. Nam à tertia corripiuntur: ut, Leander, Evander, Tymber, De prioribus etiam excipiuntur: Pater & mater.
    - Vir & cor ſunt Communia.
  - AS producuntur Excipiuntur
    - Græca quintæ in Dos genitivum habentia: ut, Ilias, Pallas pro dea, Pythias pro muliere, nam Pallas Pallantis, pro filio Evandri: & Pythias Pythiæ pro amico Damonis, ſunt longa.
    - Accuſativi plurales: Et multos illhic Hectoras eſſe puta.
  - ES producuntur Excipiuntur
    - Genitivis creſcentia nomina: ut, Miles, ſeges, hebes. Excipe abies, aries, paries & pes cum compoſitis.
    - Terminatione Græca, in maſculinis, fœmininis & neutris. Juven. Sat. 7. Tenet inſatiabile multos Scribendi Cacoëthes & ægro in corde ſeneſcit. ES à verbo Sum cum compoſitis corripitur: ab Edo producitur.
    - Penes præpoſitio brevis eſt.

**IS corripiuntur. Excipiuntur**
- Gentilia Maſculina & alia locarum propria: ut Samnis Opois, Simois. Nam fœminina non recedunt à vulgata quantitate, Theſſalis, Tethis.
- Dativus & Ablativus plurales in IS, ut Magiſtris, Muſis.
- Secunda perſona præſentis quartæ conjugationis. Ovid. Quid valeā neſcis, &c.
- Item: Sic, Vis, cum compoſitis.
- Item: Velis, Poſſis.
- Ultima futuri Subjunctivi. Ovid. de Arte. Credula ſi fueris, aliæ tua gaudia carpent. Idem in Faſtis. Da mihi te placidum, dederis in carmina vires.

**OS, producuntur, Excipiuntur**
- Os oſſis, Compos, Impos.
- Nominativi Græci, quorum Genitivus in Diphthongum exit: ut, Ios, Argos, Dolos.
- Item Genitivi: ut Arcados, Thetyos.
- Attica producuntur. Ovid. Viveret Androgeos utinam, nec facta fuiſſet.

**VS, corripiuntur, Excipiuntur**
- Fœminina genitivis creſcentia: ut, Salus, virtus, incus
- Genitivus ſingularis & caſus plurales in VS quartæ.
- Græca
  - Nominativi: ut, Hydrus, Melampus.
  - Genitivi, ut: Fatidicæ Mantus.

YS, peregrina corripiuntur: ut Capys, Libys. Excipitur Thetys pro uxore Oceani.

T, corripiuntur. In verbis interdum hæc litera producitur. Ovid. Non adiit aptè, nec legit idonea credo Tempora.

# FINIS.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id366723723/103 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

# SCELETON DIALECTICES.

- Dialectica
  - Quid?
  - Partes
    - Communis
      - Prædicabilia
      - Prædicamenta
        - Anteprædicamenta, vide A.
        - Ipſa prædicamenta,
        - Poſtprædicamenta, vide B.
    - C. Propria
      - Inventio Loci
        - Perſonarum
        - D. Rerum
          - Simplices
            - Convenientes
              - Cauſa.
              - Effectus.
              - Antecedentia.
              - Circumſtantiæ.
              - Adiacentia.
            - E. Pugnantes ſūt oppoſita
              - Contrariè.
              - Relativè.
              - Contradictoriè.
              - Privativè Oppoſita.
          - F. Cōparati
            - ἁπλῶς
              - 1. Paria,
              - Imparia
                - Majora.
                - Minora.
              - 2. Similia, Diſſimilia.
            - G. κατά τι
              - Etymologia.
              - Conjugata.
              - Diviſio.
              - Definitio.
              - Autoritas.
      - H. Judicium
        - I. Propoſitio.
          - Categorica.
          - Hypothetica
            - Copulativa.
            - Connexiva
            - Disjūctiva
        - K. Syllogiſmus
          - Categoricus
          - L. Hypotheticus
            - Ipſe eſt
              - Copulativus.
              - Connexivus.
              - Disjunctivus.
            - Methodus
              - Ipſa
                - Simplex.
                - Compoſita.
              - M. Fallaciæ
                - In dictione.
                - N. Extra dictionē.

**Diviſio partium Dialectices**

- **Dialectica Quid?**
  - Eſt ars ſeu via rectè, ordine & perſpicuè docendi. Vel:
  - Eſt pars benè diſſerendi.
- **Partes**
  - **Communis**
    - **Prædicabilia.**
      - **Quid?**
        - Prædicabile eſt,
        - Quod aptum eſt, ut pluribus inſit.
        - Item, ſunt tituli vocabulorum communium qui oſtendunt, quæ vocabula quomodo rectè aliis attribuantur.
      - **Quot 5.**
        - **Individuū**
          - Eſt nomen proprium, aut una res ſignificata nomine proprio, ſub certa ſpecie, ſeu oſtenſa particula demonſtrante.
          - Eſt triplex:
            - Simplex.
            - Demonſtrativum.
            - Periphraſticum.
        - **Species**
          - Eſt nomen commune proximum individuis, de quib. prædicatur in quæſtione quid ſit, ut: homo eſt Hannibal. Eſtq; ſpecialiſſima & ſubalterna.
        - **Genus**
          - Eſt nomen commune multis ſpeciebus ſeu totum partibus eſſentiale, ut homo eſt animal. Eſtque duplex: Generaliſſimum & Subalternum. Item συνώνυμον, ὁμώνυμον, ἀνάλογον.
        - **Differentia**
          - Eſt quæ cum genere conſtituit certā ſpeciē, ut: homo eſt animal rationale. Eſtq; duplex: Generalis, ſentire, Specifica ratione præditum eſſe.
        - **Propriū.**
          - Eſt inclinatio aut quiddam adjacens, quod uni ſoli ſpeciei ſemper & omnibus individuis ejus ineſt. Diciturq; quatuor modis.
        - **Accidēs**
          - Quod poteſt adeſſe vel abeſſe præter ſubjecti corruptionem. Eſtq; duplex χώριστον ſeparabile, ἀχώριστον inſeparabile.
    - **Prædicamenta,** vide A.
  - **Propria,** vide C.

**Prædicamenta A.**

- **Quid**
  - Sunt ordo generum & ſpecierum, ſub uno genere generaliſſimo, quæ aut ſubſtantiam aut accidens aliquod ſignificant.
- **Quotuplicia**
  - **Antepraedicamēta**
    - **Quid**
      - Sunt Commonefactiones, quæ ad intelligendam prædicamentorum doctrinam non parum adjumenti adferunt.
    - **Quot**
      - 1. ὁμώνυμα
        - Quæ ſolum nomen habent commune, rationem verò ſubſtantiæ nomen penes illud non eandem. oritur ex rerum copia verborum inopia, ut: Canis, cancer.
      - 2. συνώνυμα
        - Æquivalentia univoca, ſeu quæ eandem habent ſignificationem, ut: Enſis, gladius.
      - 3. Παρώνυμα.
        - Denominativa ſunt, quæcunq; ab aliquo caſu, ſecundum nomen, appellationem habent, ut: Grammatica Grammaticus.
  - **Ipſa Prædicamenta**
    - 1. Subſtantia.
      - Eſt Ens quod habet proprium eſſe, & ſuſtinet accidentia per quæ mens humana ſubſtantiam agnoſcit. Eſtque vel Prima vel Secunda.
    - 2. Quantitas.
      - Eſt ſecundum quam in partes quippiam dividitur. Eſtque vel Continua vel Diſcreta.
    - 3. Qualitas.
      - Eſt ſecundum quam quales eſſe dicimur. Species ejus ſunt 4. Habitus, Potentiæ naturales, Affectus, Figura.
    - 4. Relatio.
      - Aut eſt applicatio rerum aut ordinatio aut collatio. Græcè τὰ, πρὸς τὶ vel τίνα, σχέσιν, ἔχοντα, Nomina dicuntur.
    - 5. Actio
      - Eſt applicatio agentis ad patiens qua fit mutatio aliqua in patiente.
    - 6. Paſſio
      - Eſt nomen Correlativum actionis & ſignificat receptionem actionis & effectus novi in patiente.
    - 7. Quando, vide A.
  - **Poſtprædicamenta**, vide B.

A.

7. Quando — Eſt ordo vocum quæ tempus ſignificant. Eſt autem tempus, numerus alicujus motus ſecundum prius & poſterius. Huc nomina & adverbia tempus ſignificantia.

8. Vbi? — Locus eſt ſpacium continentis corporis cedentis contento.

9. Situs. — Eſt ordo vocum qui ſtatum ſeu poſitum corporis ſignificant.

10. Habitus — Eſt ordo vocum qui habitum ſeu veſtitum ſignificant.

B. Poſtprædicamenta.

- Quid — Τὰ μέτα τὰς κατηγορίας ſunt explicationes quarundam vocum, quæ in Categoriis maximè tamen in proprietatib. earundem deſcribendis ancipites occurrunt.
- Quot
  1. Oppoſita, ut: Contrariè, Relativè, Privativè, Contradictoriè oppoſita.
  2. Prius, ut: Tempore, Ordine, Dignitate Prius.
  3. Simul, ut: Tempore & Natura.
  4. Habere, Multis modis uſurpatur.

C. Propria habet a.

- Inventionem
  - Quid? — Eſt prima pars Dialecticæ de inveniendis locis topicis, Axiomaticis, Syllogiſticis, Dialecticis. Locus Dialecticus eſt index monſtrans ex quo fonte ſumendum ſit argumentum.
  - Loci Dialectici quotuplices.
    - Perſonarum
      - Quid — Sunt quibus utimur in perſonis deſcribendis, laudandis, vituperandis.
      - Quot 10. — Patria, Sexus, Parentes, Educatio, Mores, Vitæ genus, Res geſtæ, Eventus, Ætas, Mors.
    - Rerum, vide D.
- Judicium, vide H.

**D. Rerum Loci.**

- **Quid?** Sunt indices qui monent, quæ conſideranda ſunt ordine in rebus.
- **Quotuplices?**
  - **Simplices illiq;**
    - **Convenientes**
      - **Quid?** Sunt quorum unus ſi ponatur & alterum poni oportet.
      - **Quot**
        - **1. Cauſa**
          - **Quid?** Eſt, quæ aliquid confert ad rei conſtitutionem.
          - **Quot**
            - **Efficiens** – Eſt cauſa à qua res eſt: ſeu cujus efficacia res fit: ut a patre eſt ſoboles, &c.
            - **Materia** – Eſt cauſa ex qua res fit: eſtque ex qua, in qua, propter quam materia, ut: Ex auro poculum.
            - **Forma** – Eſt cauſa, quæ dat eſſe rei.
            - **Finis.** – Eſt cauſa, cujus gratia fit aliquid.
        - **2. Effectus** – Eſt quicquid vi quatuor cauſarum in actu poſitarum exiſtit.
        - **3. Antecedentia Conſequentia.** – Sunt, quæ rem uti ſigna antecedunt & comitantur, ut Solis ortum aurora.
        - **4. Abſurdum.** – Eſt, quod cum ſenſu & rectæ rationis judicio pugnat.
        - **5. Circumſtantiæ** – Continentur in hoc. Quis? quid? ubi? quibus auxiliis? cur? quomodo? quando.
        - **6. Subjectum.** – Eſt quod adjunctis ſubjicittur aliâs Objectum ſive materia in qua, ſive circa quam, dicitur.
        - **7. Adjacentia ſeu Adjuncta.** – Sunt, quæcunq; homini adjunguntur, ut: homini veſtes.
    - **E. Pugnantes**
  - **Comparati vide F.**

- **E. Pugnantes Loci.**
  - Quid? — Sunt quorum unius θέσις reliquorum eſt ἀφαίρεσις, & unius ἀφαίρεσις reliquorum θέσις.
  - Quæ
    - Oppoſita — Sunt autem Oppoſita, quæ inter ſe tàm eſſentiis quàm accidentibus pugnant.
    - Quotuplicia
      - Diſparatè Oppoſita. — Sunt quæ ſic repugnant, ut non certo ductu unum contra unum dirigatur, ſed ſatis eſt eſſe ſubſtantiis inter ſe dimota, ut: leo, lapis, aurũ, homo, DEUS.
      - Contrariè Oppoſita — Sunt, quæ inter ſe perpetuò hoſtiliter pugnant, ut: Pax & bellum.
      - Relativè Oppoſita — Sunt, quæ σχέσιν ad ſe invicem habent, ut: Relativum & Correlativum, ut: Pater & filius.
      - Contradictoriè Oppoſita — Sunt, ubi alterum affirmat, alterum negat, ut: homo non homo.
      - Privativè Oppoſita — Sunt, quæ habent habitum, & privationem in ſubjecto ad id idoneo, ut Vita & mors in homine.

- **F. Comparati: Illiq́ue**
  - ἁπλῶς
    - Quid — Sunt loci qui inter ſe comparantur vel in quantitate vel in qualitate.
    - Quomodo fit Cõparatio
      - In quãtitate, ut ſunt
        - Pares — Sunt ὧν τὸ πόσον ἕν, ut: Luc. 6. Nolite judicare & non judicabimini.
        - Impares
          - Quid — Sunt quorum diverſa eſt ratio collationis & alter antecellit alterum.
          - Quot
            - Majores ſunt quorum major eſt probabilitas.
            - Minores ſunt quorum minor probabilitas.
      - In qualitate ut ſunt:
        - Similes — Similia ſunt comparata, quæ eadem ſunt.
        - Diſſimiles — Diſſimilia ſunt comparata, quæ non ſunt eadem.
  - κατά τι, vide G.

G. κατά ζ

- **Etymologia**
  - Eſt nominis ad rem quocunq; modo declarandam aut probandam explicatio, ut: Roma à Romulo eſt.
- **Conjugata**
  - Sunt nominum derivationes, ut: Juſtitia juſtus.
  - Huc pertinent Concreta & Abſtracta.
- **Diviſio**
  - Quid
    - Eſt cum vel vocem in ſua ſignificata, vel genus in ſuas ſpecies, vel totum in ſuas partes ſeu membra partimur vel accidentia ſubjecti enumeramus.
  - Species 4.
    - 1. Diſtinctio nominis ambigui.
    - 2. Diviſio generis in ſpecies.
    - 3. Diviſio totius in partes.
    - 4. Diviſio ſubjecti in accidentia.
- **Definitio**
  - Quid?
    - Eſt, quæ explicat quid res ſit.
  - Quotuplex
    - Nominis
      - Eſt, qualiscunq; non falſa nominis ſeu linguæ, ſeu figuræ, ſeu Phraſis interpretatio.
    - Rei?
      - 1. Quid
        - Eſt oratio, quæ quid ſit, de quo agitur, explicat. ὁρισμὸς ἐστὶ, ὁ τὸ τί ἦν εἶναι σημαίνων.
      - 2. Formæ 4tuor, ſunt
        - Eſſentialis
          - Eſt, quæ cõſtat ex differentia ſpecifica ſeu cauſis eſſentiã rei conſtituentibus: Quæ Materia & forma. Exod. 3. Ego ſum, qui ſum.
        - Cauſalis
          - Eſt cum efficiens & finis loco differentiæ ponuntur.
        - Partialis
          - Eſt, cum partes differentiã conſtituunt, ut: Mundus eſt compages ex cœlo & terra.
        - Accidentalis
          - Eſt quæ congerie accidentium conſtat, ut: Homo eſt animal pavidum, ſagax, plenum rationis & conſilii.
- **Autoritas ſicut Teſtimonium**
  - Eſt teſtimonium probati artificiis

- **II. Judiciũ.**
  - **Quid**: Eſt ſecunda pars Dialecticæ, quæ diſcernit voces, propoſitiones & membra in Syllogiſmis & judicat quam recte cohæreant.
  - **I. Quotuplex**: Ipſa propoſitio.
  - **Partes**
    - **1. Propoſitio**
      - **Quid**: Eſt oratio indicativa, unica & integra verum aut falſum ſine ambiguitate ſignificans.
      - **Attributa**
        - **Partes**
          - Subjectum, quod eſt ὑποκείμενον.
          - Prædicatum, κατηγορούμενον.
          - Copula, σύνδεσμος.
        - **2. Diviſiones propoſitionũ**
          - 1. Propoſitio vel eſt Affirmativa vel Negativa.
          - 2. Univerſalis, particularis, indefinita, ſingularis.
          - 3. Vera & falſa.
          - 4. Neceſſaria vel contingens.
        - **Accidẽtia propoſitionum.**
          - **1. Oppoſitio**
            - **Quid**: Eſt diſſonantia propoſitionum, quarum altera eſt affirmativa, altera negativa, eorundem extremorũ ſine ulla ambiguitate intellectorum.
            - Species, 3. Contrariæ, Subcontrariæ & Contradictoriæ.
          - **Converſio**
            - **Quid**: Eſt tranſmutatio ſubjecti in prædicatum & prædicati in ſubjectum, ſed ea lege, ut utriuſq; tàm converſæ quàm convertentis veritas ſarta tecta ſervetur.
            - **Modi**: Converſio ſimplex, Converſio per accidens. Converſio per Contrapoſitionem.
          - Modales, vide I.
    - **2. Syllogiſmus** X.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id366723723/111 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft

- **I. Modales**
  - Quid Modi: Sunt particulæ quæ non modò rem vel eſſe vel non eſſe; Sed etiam modum, quo res ſit vel non ſit, declarant.
  - Species: Neceſſarium, Impoſſibile, Poſſibile & Contingens.

- **I. Quotuplex Propoſitio**
  - Categorica: Eſt unica, ſimplex, indicativa oratio, quæ perſpicua aſſeve rati one unum quiddam affirmat vel negat.
  - Hypothetica
    - Quid: Eſt oratio in qua duæ Categoricæ per Grammaticam particulam conjunctionem contexuntur.
    - Quotuplex
      - 1. Copulativa: Eſt in qua duæ propoſitiones junguntur per particulam copulativam, ut: Et mortuus eſt Chriſtus, & ex mortuis revixit.
      - 2. Connexiva: Eſt cui præponitur particula Si, &c. Si Pharao obtemperabit Moyſi, non peribit.
      - 3. Disjunctiva: Eſt in qua duæ propoſitiones junguntur per particulam disjunctivam, ut: Aut voluptas eſt finis hominis aut virtus.

- **K. Syllogiſmus**
  - Quid: Eſt oratio in qua poſitis & conceſſis duabus propoſitionibus, quæ tribus terminis ita junctæ ſint, ut ſint cauſa concluſionis, neceſſe eſt ſequi eam concluſionem. Materia hujus ſunt Propoſitiones & termini. Forma, Figuræ & Modi.
  - Quotuplex
    - Categoricus, qui habet
      - Figuras, quarum ſunt
        - Prima: Eſt talis ordo propoſitionum Syllogiſmi, ut medius terminus ſit ſubjectum in majore & prædicatum in minore.
        - Secunda: Eſt talis ordo propoſitionum Syllogiſmi, ut medius terminus ſit prædicatum in majore & minore, unde Concl. neceſſariò negativa ſequitur.
        - Tertia: Eſt talis ordo propoſitionum, ut medius terminus ſit ſubjectum in majore & minore, unde Concl. particularis neceſſariò ſequitur.
      - Attributa, vide L.
    - Hypotheticus, vide L.

- **L. Attributa**
  - **1. Exemplū** — Eſt forma argumenti, qua ſingulare per aliud ſingulare in una ſpecie confirmamus propter ſimilē rationem, ut: Maxima pars humani generis, in diluvio periit propter libidines Ergo & poſtea puniuntur, libidines.
  - **2. Inductio** — Eſt ex ſingularibus ſufficientibus enumeratis conſtituere Univerſalem, ut: Vinum Creticum, Italicum calefacit. Ergo omne vinum calefacit.
  - **3. Sorites** — Eſt coäcervatio vocum neceſſariò cohærentium, in qua aliam ex alia ratiocinamur, & tandem addimus concluſionem repetito initio.
  - **4. Enthymema.** — Eſt imperfectus Syllogiſmus, in quo deeſt vel major vel minor propoſitio.

- **L. Hypotheticus**
  - **1. Quotuplex eſt Syllogiſmꝰ Hypotheticus** —
    1. Copulativus, ut: Chriſtus & eſt homo & DEUS. Sed hæc tota vera eſt. Ergo eſt homo. Item: Virtus parit & gloriam & contemtum: Sed Manſuetudo eſt virtus, Ergò parit & gloriam & contemtum.
    2. Connexivus, ut: Si per Legem juſtitia, Chriſtus fruſtra mortuus eſt. Sed fruſtra non eſt mortuus. Ergò. Non per legem juſtitia. Item: Si ex mundo eſſetis, mundus vos amaret. Sed ex mundo non eſtis. Ergo Mundus vos non amat.
    3. Disjunctivus, ut: Aut operibus juſtificamur aut fide. Non operibus Ergo fide. Item Deliquium Solis moriente Chriſto aut naturale aut miraculoſum. Sed miraculoſum. Ergò. Non Naturale.
  - **2. Methodus**
    - **Ipſa**
      - **Quid eſt?** — Methodus eſt facultas & ratio quatenus res latentes ordine quærimus, abditas eruimus, incertas probamus, confuſas digerimus & diſponimus faciloris intelligentiæ & felicioris memoriæ cauſa.
      - **Quotuplex**
        - Simplex 10. Quæſtionum
        - Compoſita à generaliorib. ad ſpecialia. Eſtque —
          - ὁριστική.
          - συνθετική.
          - ἀναλυτική.
    - Fallaciæ, vide M.

- **M. Fallaciæ.**
  - Quid
    - Fallacia eſt deceptio in argumento, quæ ſpecie aliquâ veri inſidiatur authori.
  - Quotuplices ſunt fallaciæ? Resp. 2.
    - In dictione, ut:
      - 1. Æquivocatio.
        - Eſt, cum unius vocis ambiguitas errorem parit, ut: Cancer, Leo, Taurus.
      - 2. Amphibolia.
        - Eſt, cum totius orationis ambiguitas errorem parit; ut: Aio te Æacida Romanos vincere poſſe.
      - 3. Compoſitio & Diviſio.
        - Si quæ ſeparanda junguntur & quæ jungenda ſeparantur, ut: Quid facies, facies Veneris cum veneris ante.
      - 4. Figura dictionis.
        - Eſt, cum contra Grammaticam & proprietates linguarũ peccatur, ut: Qui ante me venerunt, fures ſunt & latrones.
        - Prophetæ ante Chriſtum venerunt. Ergò fures, &c.
      - 5. Accentus.
        - Eſt productio & correptio ſyllabarum, ut quæ vel longa vel brevis eſt, ut: Qui tantum, videt.
    - Extra dictionẽ, ut ſũt:
      - Fallacia 1. Accidentis
        - Quid
          - Eſt, cum inter ea, quæ rei per ſe conveniunt & per accidens non diſtinguuntur.
        - Modi tres:
          - 1. Cum eſſentia loco accidentis & accidens loco eſſentiæ habetur.
          - 2. Modus eſt cum accidentia perperam conjunguntur.
          - 3. Cum eventus per ſe & per accidens confunduntur.
      - 2. à dicto ſecundũ quid
        - Quid
          - Cum ex iis, quæ revera κατά τι ſecundum quid, ac ſi vera ἁπλῶς ſimpliciter eſſent, colligitur.
        - Modi
          - 1. Cum ex eo quod ſimpliciter dicitur, id colligitur, quod ſecundum quid, ſeu cum antecedens purè & definitè, conſequens cum adductione effertur.
          - 2. Cum ex eo quod cum adjectione dicitur, id colligitur, quod ſimpliciter, ſeu cum antecedens enunciatur cum adjectione, conſequens purè.
      - 3. Secundum non cauſam, ut cauſam, vide N.

**N. Secundum nō cauſam ut cauſam**
Eſt cum ex cauſis aut falſis aut ἀσυλλογίςως aliquid vicioſè colligit. Act. 2. Apoſtoli ebrii ſunt. Ergo diſerti. Reſpondeo. Diſerti non quia ebrii, ſed quia pleni Spiritus ſancti.

**Conſequētis habet**

- **Vitia in forma, ut:**
  1. Si à genere ad ſpeciem affirmando deſcendatur, ut: Non eſt animal. Igitur aſinus.
  2. Si à ſpecie ad genus fiat, aſcenſus negando, ut: Non eſt aſinus E. nec animal.
  3. Si ex cauſa inſufficiente effectum inferatur, ut: Libros habet E. Eſt doctus.
  4. Si ex effecto cauſa fortuita quæ abeſſe poteſt, ut: Doctus eſt. E. multum habuit pecuniæ.
  5. Si ex partibus non omnibus totum inferatur, ut: Germaniam & Galliam peragravit. E. totã Europam.
- **2. ἀνακόλουθα, ut** Chriſtus inquit ad Petrum Luc. 22. Rogo pro te, ne deficeret fides tua. E. Romana Eccleſia non errat.

**Secundum plures interrogationes**
Eſt, cum ad plures interrogationes unum reſpondetur, quod ſi fiat, ſemper habebit Sophiſta quæ reprehendere poſſit. ut: Pontificio demonſtrandum Eccleſiam Romanam errare non poſſe. Ille Eccleſiam Catholicam ſedem & fundamentum eſſe veritatis clamitat.

**Petitio Principii**
Eſt cum dubiam quæſtionem vel per ſeipſam vel aliud, quod non minus ambiguum, incertum obſcurum probamus, ut: Pontifex Chriſti vicem in terris gerit. E. Pontifici morem gerentes.

**Ignoratio Elenchi**
Eſt, cum alicujus enunciati contradictionem in Syllogiſmo colligit, ut: Luc. 24. Spiritus carnem & oſſa non habet Contra Spiritus apparuerunt certis induti corporibus. E. Carnem & oſſa habuerunt. R. Habueruut ἐμφάσεɩ, non autem ὑποςάσεɩ.

FINIS.

# SCELETON RHETORICES.

- Rhetorica.
  - Quid?
  - Partes
    - Inventio
      - Quid?
      - Cauſarum genera
        - Attributa
          - Oratio
            - Quid?
            - Partes 6.
          - A. Status triplex
            - Conjecturalis.
            - Juredicialis.
            - Definitivus.
        - B. Ipſa cauſarũ genera
          - Didaſcalicum.
          - Demonſtrativum.
          - Deliberativum.
          - Judiciale.
    - C. Diſpoſitio.
    - D. Memoria.
    - E. Pronunciatio
      - Quid?
      - Partes
        - Vox.
        - Geſtus.
    - F. Elocutio
      - Quid?
      - Partes
        - Tropus
          - Quot?
            - Metonymia.
            - Ironia.
            - Metaphora.
            - Synecdoche.
          - Species
            - Hyperbole.
            - Allegoria.
            - Onomatopœja.
        - G. Figura
          - Dictionis in
            - Dimenſione.
            - Repetitione
              - Eadem.
              - Diverſa
          - H. Sententiæ eſt in
            - λογισμῷ.
            - διαλογισμῷ
              - Interrogatione.
              - Reſponſione.

**Rhetorica.**

- **Quid?** Eſt ars bene dicendi.
- **Partes**
  - **Inventio**
    - **Ipſa Quid** — Inventio eſt excogitatio rerum verarum aut veriſimilium, quæ cauſam probabilem reddunt. Argumentum eſt inventum probabile ad faciendam fidem. Fides eſt opinio firma. Argumentatio eſt argumenti explicatio.
    - **Genera cauſarũ, in quib. cõſiderãda veniunt**
      - **προσκείμενα ſeu Attributa, quæ duo**
        - **1. Oratio**
          - **Quid** — Eſt prudens, compoſitum ornatumq; dictionis genus ad omnia vitæ negocia accommodatum.
          - **2. Partes orationis ſunt 6.**
            - **1. Exordium.** Eſt pars orationis animum auditoris idoneè comparans ad reliquam orationis partẽ, quod fit ſi benevolum attentum, & docilem reddit & habet πρόθεσιν κατασκευὴν ἀπόδοσιν ſeu ἀξίωσιν βάσιν.
            - **2. Narratio.** Eſt rerum geſtarum, aut ut geſtarum expoſitio. Officium ejus eſt rem exponere & fundamentum eſſe fidei conſtituendæ.
            - **3. Propoſitio.** Eſt pars orationis, quæ cauſæ ſummam comprehendit, cui cætera ſerviũt omnia, in qua maximè cavendum, ne quid prolixium ſuperfluum aut deficiens.
            - **4. Cõfirmatio.** Eſt artificioſa cauſæ noſtræ cõprobatio, in qua tota ſpes vincendi, & perſuadendi ratio eſt poſita.
            - **5. Confutatio.** Eſt diſſolutio argumentorũ quæ objiciuntur ab adverſario, aut veriſimiliter objici poſſunt.
            - **6. Epilogus.** Eſt artificioſus orationis exitus. Sunt n. Epilogi vel generales qui totius orationis, vel Speciales ſingularum partium ſunt.
        - **2. Status, vide A.**
      - **Ipſa Cauſarum genera, vide B.**
  - **C. Diſpoſitio.**
  - **D. Memoria.**
  - **E. Pronunciatio.**
  - **F. Elocutio.**

- A. Status.
  - Quid? Propriè non eſt principalis cujusq; propoſitio ſed quæſtio dubia & controverſa, de qua pugnatur.
  - Quotuplex: 3.
    - Conjecturalis: Eſt qui de facto quærit & oritur ex quæſtione. An ſit?
    - Juredicialis: Eſt cum de jure quæritur & oritur ex quæſtionibus quale ſit factum.
    - Definitivus ſive legitimus ſeu legalis. — Eſt, cum quæritur quid & oritur ex quæſtione quid ſit?
- B. Ipſa Cauſarum genera ſunt 4.
  - 1. Didaſcalicon: Eſt Methodus illa decem quæſtionum, de quibus conſule Dialecticam.
  - 2. Demonſtrativum —
    - Quid? Eſt cum laus & vituperium ſubjicitur.
    - Species
      - Duæ? laus & vituperium ſub quib. ſunt ἐγκώμια, hymni, laudes. γενεθλιακα, gratulationes & gratiarum actiones.
      - Epithalamia, Epicedia, Epitaphia, lamentationes & ſimiles.
  - 3. Deliberativum —
    - Quid? Eſt quod in conſultatione poſitum, habet ſuaſionem & diſſuaſionem.
    - Species: Suaſio, diſſuaſio, adhortatio, dehortatio, petitio, commendatio, precatio, conſolatio & ſimiles ſunt.
    - Loci hujus generis ſunt
      - 1. Honeſtũ Quid? Quod ſua vi allicit ad ſe non emolumento captans aliquo, ſed trahens ſua dignitate.
      - 2. Utile Quid? Eſt, quod nos cùm dignitate, tùm fructu ad ſe ducit, & quod bona complectitur nos ſi benè rem geramus perventura.
      - 3. Facile Quid? Quod ſine magno labore, ſumtu, moleſtia, breviſſimoq; tempore conficitur.
      - 4. Neceſſarium, Eſt, quod habet adjunctam exceptionem ſeu conditionem quandam quæ metu graviorum malorũ nos aliquid ſuſcipere cogit.
  - Judiciale Quid? Eſt, quod poſitũ in controverſia habet Accuſationem aut petitionem cũ defenſione ſeu quod verſatur in Controverſiis forenſib.

**C. Diſpoſitio**

- **Quid** — Eſt rerum inventarum in ordinem diſtributio, pars & difficillima & utiliſſima.
- **Loci communes, Quid?** — Sunt in omni doctrinarum genere præcipua capita, quæ ſummam artis continent, è quibus ſi quid dicendum, res omnes tanquam è pœnu promuntur. Ad hos illuſtriores ſententiæ & quæcunq; memoratu digna apud alios occurrunt tanquam ad cellulas & capſulas ſuas referri poſſunt.
- **Quid eſt ὑπόθεσιν ad θέσιν transferre.** — Eſt à rebus ſingulis ad genus univerſum orationem revocare, quod ſi fiat, immenſus ſe dicendi campus aperiet, & nulla de re poterit deeſſe oratio. Exempla in orat. Cic. pro Archia & Marc. Marcel. ſunt.

**D. Memoria.**

- **Quid?** — Eſt firma animi, rerum & verborum ad inventionem perceptio: Tantum enim quisque ſcit, quantum memoria tenet.
- **Partes, ſunt**
  - Loci.
  - Imagines.
- **Regulæ Quintil.**
  1. Per partes ediſcenda quæ fuerint plura.
  2. Non inutile eſt, quo facilius hæreant, quasdam notas adjicere.
  3. Veſperi ediſcendum.
  4. Sine voce & murmure.

**E. Pronunciatio**

- **Quid?** — Eſt apta elocutionis enunciatio vel eſt vocis, vultus & geſtus moderatio cum venuſtate.
- **Partes**
  - **Vox de qua Quintil.** — Primo: Non protinus erumpendum. 2. Verba tota efferenda: 3. Vox ultra vires non urgenda. 4. Non volubilitate nimia confundenda eſt.
  - **Geſtus ſunt vel**
    - **Totius corporis** — Status ſit erectus. Vacillationem & ineptas geſticulationes fugiens.
    - **Singularum partiũ**
      - **Caput** — Sit erectum.
      - Vultus ſit in triſtibus triſtis, in objurgatione ſeverus, &c.

**F. Elocutio**

- **Quid**: Eſt orationis exornatio ſeu orationis à vulgata conſuetudine in aliam elegantiorem tranſmutatio.
- **Partes**
  - **Tropus**
    - **Ipſi**
      - **Quid**: Eſt pars elocutionis, qua verbum à nativa ſignificatione in aliam mutatur.
      - **Quot**
        - **Metonymia**: Eſt nominis pro nomine poſitio, ut cauſa pro effecto. Effectum pro cauſa, Bacchus pro vino, mors pallida quod pallidos efficiat: urbs pro civibus, toga pro pace.
        - **Ironia**: Eſt tropus à contrario ad contrarium, ſeu qui contrariorum ſignificationes invicem permutat, ut: Bonus vir pro improbo, diligens pro ſegni, pulchellus pro deformi.
        - **Metaphora**: Eſt cum ex ſimili ſimile ſignificatur, aut quia ſignificantius aut quia decentius, ut: Pſal. 82. Ego dixi vos Dii eſtis. Num. 24. Orietur ſtella ex Jacob. Joan. 10. Ego ſum Paſtor. c. 15. Ego ſum vitis vera.
        - **Synecdoche**: Eſt cum ex parte totum, ex membro integrum, ex ſpecie genus: aut contrà ſignificatur, ut: Mucro pro gladio, tectum pro domo.
    - **Affectiones ſeu Species Troporum**
      - **Catachreſis**: Eſt tropus durior & inæqualior eſt, ut: Bellum,q: minimè bellum.
      - **Hyperbole**: Eſt tropi audacia, quæ medium excedit ut: Vidimus urbes in cœlum muratas.
      - **Allegoria**: Eſt troporum attenuatio, ut: Qui parcè ſeminat, parcè metet.
      - **Antonomaſia**: Eſt nominis pro nomine poſitio, ut: urbs pro Roma.
      - **Onomatopæia**: Eſt nominis fictio, ut: Taratantara.
      - **Metalepſis**: Eſt cū ex cauſis ſignificatur effectum aut contra, ut: Poſt aliquot mea regna (videns, mirabor) Ariſtas, id eſt, annos.
      - Epitheton, Ænigma, Proverbium, Apologus quoque huc pertinent.
      - **Periphraſis**: Eſt cum pluribus verbis id quod uno aut paucioribus dici poterit, explicatur.
  - **G. Figura.**

**G. Figura**

- **Quid** — Eſt pars elocutionis, qua orationis habitus à recta & ſimplici conſuetudine mutatur.
- **Quotuplex eſt Figura**
  - **Figura dictionis**
    - **Quid?** — Eſt, quæ verba ſcitè collocat, ſeu qua Elocutio figuratur dictionibus aptè & jucundè reſonantibus.
    - **Quotuplex? eſt in ſonorum**
      - **Dimēſione**
        - Metrum
        - Rythmus
      - **Repetitione.**
        - **Eadem ut:**
          - Epizeuxis, eſt cum ſonus idem eadem in ſententia continenter iteratur, ut: Sanctus, ſanctus, ſanctus.
          - Anadiploſis, eſt cum idem ſonus repetitur in fine præcedentis in initio ſequentis ſententiæ, ut: Adeſt DEUS invocantibus, cum invocantibus.
          - Climax, eſt figura Soriti cognata.
          - Anaphora, eſt quæ ſonū eundē in principiis ſententiarum iterat.
          - Epiſtrophe, eſt cū idem ſonus in clauſulis iteratur.
          - Simploce, eſt quæ ſonū eundem & principiis & clauſulis, ſed diverſis repetit.
        - **Diverſa** —
          - Epanalepſis, eſt cū idem ſonus in principio & fine repetitur.
          - Epanodos, eſt cum ad priora regredimur, & quæ dicta inverſo ordine repetimus.
          - Paranomaſia, eſt cum dictio literæ aut ſyllabæ alicujus commutatione, ſignificatione quoque mutatur.
  - **Figura ſententiæ**
    - **Quid** — Eſt, quæ totam ſententiam aliquo motu animi afficit; ſeu quæ non in verbis, ſed in rebus ipſis quandam habet dignitatem.
    - Quotuplex? vide H.



Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id366723723/121 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

H. Figura ſententiæ. Quotuplex? Eſt in

- λογισμῷ, ut
  - Exclamatio —
    - Quid? Eſt vox per adverb. exclamandi elata.
    - Species
      - Epiphonema: Eſt rei narratæ aut probatæ ſumma acclamatio.
      - Licentia: Eſt cum liberè, quod dicendum eſt, dicimus.
  - Epãorthoſis: Eſt, cum antecedens aliquid revocatur ſeu quæ corrigit id quod dictum eſt.
  - Apoſtrophe: Eſt cum ad perſonam vel rem alienam oratio convertitur.
  - Proſopopæia: Eſt cum perſonam alienam oratione noſtra loquentem fingimus, ut iis quæ dicenda, gravitatis ac venuſtatis aliquid concilietur.
- διαλογισμῷ conſtat.
  - Interrogatione
    - Quid? Eſt cum varias conſultationis rationes interrogamus.
    - Species
      - Addubitatio: Eſt, cum unde ſit incipiendum, ubi deſinendum, ubi potiſſimum dicendum, quærimus.
      - Communicatio —: Eſt, cum auditores, judices, adverſarios in conſilium adhibemus.
  - Reſponſione, ut:
    - Occupatio: Eſt, cum id, quod objici poteſt, antevertimus & ſubjecta reſponſione diluimus.
    - Permiſſio: Eſt, cum oſtendimus in dicendo, nos aliquam rem totam tradere alicujus voluntati.
    - Conceſſio: Eſt, cum aliquod dictum aut argumentum condonatur.

ΤΕΛΟΣ.

# SCELETON ETHICES.

- **Ethica.**
  - Quid?
  - Partes
    - Ἀρετο-γρα-φία, Virtus
      - Moralis
        - Communis
          - Officioſa;
            - Fortitudo.
            - Beneficentia
              - Gratificatio, A.
              - Liberalitas, B.
              - Magnificentia, C.
              - Hoſpitalitas, D.
            - Fidelitas, E.
            - Amicitia, F.
            - Pietas G.
              - Obœdientia.
              - Obſervantia.
          - H. Retribuens
            - Gratitudo.
            - Juſtitia.
        - I. Propria
          - Simplex in
            - Verbis
              - Taciturnitas.
              - Veritas.
            - Rebus
              - Temperantia.
              - Diligentia. K.
          - L. Mixta —
            - Humilitas.
            - Urbanitas.
            - Humanitas.
      - M. Intellectualis
        - Sapientia.
        - Prudentia.
    - N. Εὐδαιμο-νογρα-φία. Beatitudo
      - O. Quæſtiones
        1. Quæ cauſa ſummi boni?
        2. Quod ſubjectum?
        3. An bonum laudabile vel honorabile.
      - P. Quotuplex Beatitudo?
        - Practica.
        - Theoretica.

- **Ethica**
  - Quid? — Ethica eſt ars benè beatèque vivendi.
  - Partes
    - ἀρετογραφία, id eſt, doctrina de virtute.
      - Quid — Virtus eſt habitus conſultò & ſpontè agens, in mediocritate conſiſtens ſecundum rectam rationem, ut: Sapiens judicat.
      - Quotuplex eſt Virtus?
        - Moralis
          - Quid — Eſt illa virtus, qua illud, quod ratio demonſtravit, promtè exequimur, unde Ethica ἀπὸ τῶν ἠθῶν à moribus dicitur.
          - Quotuplex
            - Cōmunis quæ multos reſpicit homines, Eſtque
              - Officioſa, qua aliis inſervimus. Eſtq;
                - Fortitudo.
                  - Quid? Eſt qua malis ingruentibus infracto reſiſtimus animo.
                  - Objectum: Verſatur circa pericula & mortem bellicā.
                  - Quotuplex?
                    - Eccleſiaſtica, quæ in Luthero, Paulo Moyſe, Elia videre eſt.
                    - Politica
                      - togata
                      - bellica
                  - Extrema—
                    - Defect9 eſt timor qui dicitur abjectio animi, ne homo medium attingat.
                    - Exceſſ9 eſt audacia, quæ ſine conſilio & ratione quævis tentat & pericula ſubit.
                - Beneficentia.
                  - Quid? Eſt virt9 officioſa cōmunis, qua dignos, pro facultate noſtra & certa ratione, adjuvam9
                  - Quotuplex? quadruplex.
                    - Gratificatio, vide A.
                    - Liberalitas, vide B.
                    - Magnificentia, vide C.
                    - Hoſpitalitas vide D.
                - Fidelitas, vide E.
                - Amicitia, vide F.
                - Pietas, G.
              - Retribuens, vide H.
            - Propria, vide I.
        - Intellectualis.
    - L. Εὐδαιμονογραφία, id eſt, doctrina de beatitudine.

- **A. Gratificatio.**
  - **Quid?** Eſt beneficentia qua conatum honeſtum noſtris ſtudiis & officiis promovemus & adjuvamus.
  - **Extrema**
    - Defectus: Invidia, quæ eſt vitium, ex quo homo conatum alterius ægrè fert. Vel: eſt dolor ex rebus alterius ſecundis.
    - Exceſſus, eſt quo promiſcuè & indifferenter omnibus gratificamur, atq; conatum etiam quemlibet ſive juſtos ſive injuſtos promovemus.
- **B. Liberalitas.**
  - **Quid** Eſt beneficentia qua libenter & privatim pro loco & tempore noſtram pecuniam aliis largimur & donamus.
  - **Attributa**
    - Objectum: Eſt dare & donare ſolius honeſtatis cauſa. Ubi liberalitatis quinq; προσκείμενα, conſideranda: Perſona, Quantitas, Qualitas, Tempus, Locus.
    - **Extrema**
      - In exceſſu: Prodigalitas eſt vitium quo omnia ſine modo, ordine & ratione homines largiuntur & pecuniā perdunt.
      - Defectus: Avaritia eſt vitium, in quo inexplebili & inſanabili modo pecuniam quis ſitit ſeu appetit.
- **C. Magnificētia.**
  - **Quid** Eſt benficentia qua ſuam pecuniam ad publicam utilitatem quis confert. Talis fuit Carolus M. qui Scholas, Academias inſtituit, VVitikindus qui VVitebergam condidit.
  - **Extrema**
    - **Exceſſus** Eſt largitio nimia quando ſine utilitate public a & cum privato incommodo pecuniam largimur.
    - **Defectus** Eſt tenacitas ſeu ſordida parſimonia, quæ nihil ad publicam confert utilitatem.
- **D. Hoſpitalitas.**
  - **Quid?** Eſt beneficentia qua peregrinantes ſeu hoſpites nihil mali afferentes domo ſuſcipimus.
  - **Extrema**
    - Exceſſus eſt nimia familiaritas, qua omnes promiſcuè hoſpitio excipimus, tàm ignotum quàm notum.
    - **Defectus** Eſt inhoſpitalitas, quando bonis viris noſtrum denegamus hoſpitium absq; ulla cauſa juſta.

- **E. Fidelitas.**
  - Quid? — Eſt virtus officioſa, qua juſtè promiſſa ſervamus.
  - Extrema
    - Exceſſus tria
      1. Eſt temeraria nominis divini, & ſalutis animæ cum juramento interpoſitio.
      2. Eſt perfidia, quæ juſtè promiſſa non ſervat.
      3. Eſt perjurium, & eſt ſi quis aliquid falſum ſcit & tamen jurat.
    - Defectꝰ — Eſt nimia timiditas qua homo vel propter metum periculi, ſuo officio non ſatisfacit, vel etiam non rem ſanctiſſimam, juramento confirmare recuſat.
- **F. Pietas.**
  - Quid? — Eſt virtus officioſa, qua ſuperiores agnoſcimus & magnifacimus.
  - Quotuplex?
    - Obœdientia
      - Quid? — Obœdientia eſt pietas qua mandatum alterius legitimum audimus & illi ſatisfacimus.
      - Extrema
        - Exceſſus — Eſt nimia facilitas, qua omnia ſuſcipimus expedienda, etiam ea quæ turpiſſima & nobis nocent.
        - Defectus — Eſt inobœdientia, qua monita non libenter audimus, nec audita in actum traducimus.
    - Obſervantia
      - Quid? — Eſt pietas qua aliis honorem offerimus debitum.
      - Extrema
        - Exceſſus 3.
          1. ὑπόκρισις, qua magnam pietatem ſimulant homines & pectore viciis abundant omnibus.
          2. Superſtitio eſt, quæ fingit & credit ea, quæ minimè credenda.
          3. Adulatio, quæ omnibus indifferenter honorem offert.
        - Defectus 2.
          1. Impietas qua vel DEUM omninò negamus, vel ſcurriliter de ipſo ejusq; cultura loquimur.
          2. Eſt ruſticitas, quæ honorem & gradus negligit, & imprudenter atq; turpiter ſe in omnes gerit.

**G. Amicitia —**

- **Quid?**
  - Amicitia eſt virtus officioſa qua amore mutuo alium proſequimur.
  - Seu eſt conſtans animorum conjunctio orta ex cauſis honeſtis ſimilitudine morum & judicio de rebus veris.
- **Quotuplex?**
  - **Naturalis**: Eſt, qua naturali & inſito amore homines ſe proſequuntur. Græci vocant στοργὴν, id eſt, amorem in patriam, inter parentes & filios, inter fratres, ſorores, Conjuges, Conſobrinos, Affines, Nazia: Philtro noſtros copulavit parentes & filios DEUS.
  - **Socialis** — Eſt inter homines, qui ſanguine non ſunt conjuncti, ut inter vicinum & vicinum, & oritur hæc vel ex cauſa manifeſta, vel occulta.
- **Extrema —**
  - **Exceſſus**
    1. Eſt nimius amor, quo etiam quidvis in gratiam amicorum contra rationem ſuſcipimus, imò quod ab omni honeſtate & utilitate diſſentit. Cum tamen amico gratificandùm ad aram uſque.
    2. Eſt familiaritas illa qua cum impiis hominibus & turpibus item inæqualibus converſamur, eosq; nobis etiam invitos comparamus vel exiſtimamus amicos.
    3. Adulatio qua Gnatonici ad aliorum vivunt arbitrium, & in omnibus placêre volunt. Hinc comparantur ſimiæ, gemmæ, umbræ, viperæ & cicudæ.
  - **Defectus**
    1. Eſt ἀστοργία, qua ſanguineos, propinquos, & cognatos odio proſequimur, ut: Nero qui interfecit Fratrem, Sororem, Matrem, Præceptorem.
    2. Eſt ſolitudo ſeu μισανθρωπία, qua fugimus omne hominum commercium, nec ullum habemus amicum.
       Cum ſolitudo balneum Diaboli dicatur: Quod videre eſt in Eremitis, qui tegunt in ſylvis, & qui fugiunt hominum converſationem. Ut in Miſone, qui ob id dictus fuit μισάνθρωπος oſor hominum.

**H. Retribuens**

- **Quid** — Eſt virtus qua aliis noſtra retribuimus & quidem ob id quod loco beneficii q. accepimus.
- **Quotuplex**
  - **Gratitudo**
    - **Quid?** — Eſt virtus retribuens, qua beneficia in nos collata agnoſcimus & viciſſim pro illis noſtra offerimus, quantum facultas concedit.
    - **Quotuplex.**
      1. Animi eſt, qua animo ſaltem grato retribuimus beneficium.
      2. Facti gratitudo eſt, ſi officia pro benefactis offerimus.
    - **Extrema**
      - Defectus, Ingratitudo, quæ eſt vitium quo quis pro beneficio accepto non reſpondet.
      - Exceſſus eſt prodigalitas, qua per gratificandum homo ſua perdit.
  - **Juſtitia**
    - **Quid** — Eſt virtus retribuens, qua damus omnibus ea, quæ debemus, idq́; ſocietatis humanæ ergò.
    - **Quotuplex**
      - **Univerſalis** — Eſt ipſa juſtitia, quæ tradit, quid in omni vita & ubiq; agendum.
      - **Particularis**
        - **Quid** — Eſt virtus ſuum, cuique tribuens.
        - **Quotuplex**
          - **Cōmutativa**
            - **Quid** — Eſt qua ſecundum contractum legitimū in proportione & fide bona ſervatur, quod debet.
            - **Extrema**
              - **Defectus**
                1. Eſt furtū — eſt ablatio rei alienæ invito Domino.
                2. Uſuræ illicitæ.
              - **Exceſſus** — eſt lucrū quod eſt ablatio bonorū alterius ut alter damno afficiatur.
          - **Diſtributiva Juſtitia**
            - **Quid** — Eſt juſtitia, qua delinquentes pœna afficimus, & bonos remuneramus.
            - **Extrema**
              - **Exceſſus** — Eſt tyrannis, quæ eſt vitiū quod nihil remittit, quod ſontes pariter & inſontes ad ſuppliciū rapit. Illud gravius longè, quàm crimen commiſſum exigit, quodq́; etiam debita ſolvit & privilegia deſtruit.
              - **Defectus.** — Eſt indulgentia nimia & ſocordia quæ nec pœna ſceleratos afficit, nec præmiū nec honorē tribuit.

- **I. Propria virtus**
  - Quid? Eſt, qua actionem, nos potiſſimum ſpectantem procuramus.
  - Quotuplex?
    - Simplex
      - Quid? Eſt, quæ in uno verſatur.
      - In quibus verſatur virtus ſimplex. nimi. in
        - Verbis: quæ requirit, vel
          - Nullā vocē, ut: Taciturnitas
            - Quid? Taciturnitas, eſt virtus propria, qua linguam, ne ſenſa mentis temere proferat, continemus.
            - Extrema
              - Exceſſ9: Eſt garrulitas ſeu nimia loquacitas, eſt, qua temerè loquimur, aut ſenſa animi cum aliis communicamus.
              - Defectus: Eſt infantia, qua homo nihil profert, ſed planè tacet. Nec etiam reſpondet, licet rogatus, vel ſi reſpondeat, exacte non reſpondet.
          - Vocem ipſam, ut Veritas
            - Quid: Veritas eſt virtus propria in voce, qua aliquid proferimus juxta cordis ſenſum ſeu dictamen rationis.
            - Extrema
              - Defectus: Eſt mendaciū, quando res profertur aliter, quàm quo ſe habet modo. Eſt autem honeſtum, perniciosum & officioſum.
              - Exceſſ9: Eſt garrulitas nimia, quam ſequitur ſemper jactantia.
        - Rebus, eſtque
          - Temperātia
            - Quid: Eſt virtus propria frenum injiciens voluptatibus, quæ guſtu & tactu potiſſimum percipiuntur.
            - Extrema
              - Huc ſpecies, verſatur a. circa
                - Bacchū & Cererem
                  - Sobrietas — Eſt mediū in aſſumēdo potu quo natura opus eſt.
                  - Abſtinentia: Eſt moderamen in aſſumtione cibi.
                - Venerē & Cupidinē
                  - Caſtitas — Eſt qua actum Venereū, eumq; illegitimum, vel illicitum fugimus.
                  - Pudicitia: Eſt, quæ externa Veneris ſigna corripit & medium illis præſcribit, ne delinquant: ut ſunt oſcula, amplexus.
              - Ipſa extrema, vide.
          - Diligentia vide K.
    - Mixta, vide L.

- **Extrema**
  - **Exceſſus in Temperantia, quæ verſatur circa**
    - **Bacchum & Cererem**
      - Ebrietas eſt vitium, quo quiſpiam nimio potu ſe onerat, ut membra vacillent, cor palpitet, cerebrum diſcurſum neget, ſenſus ſua non obeat munia, oculus bina videat omnia ſeu geminata, auris verum non percipiat ſonum, lingua nullum percipiat ſaporem, nares nullum odorem, & tactus planè intermortuus.
      - **Voracitas**: Eſt vitium, quo nimio cibo nos oneramus, ut vix reſpirare valeamus, aut cogamur cum canibus, ſalvis auribus, redire ad vomitum.
    - **Venerem & Cupidinem**
      - **Libido**
        - **Quid**: Libido fœda, eſt exceſſus in re Venerea.
        - **Species**
          1. Scortatio quæ eſt inter ſolutas perſonas.
          2. Adulterium quod eſt violatio matrimonii.
          3. Stuprum, quod eſt virginis turpiſſima corruptio.
          4. Inceſtus, id eſt, contaminatio cognati ſanguinis.
      - **Stoliditas**: Eſt qua inſulſos geſtus & alia indigna ſuſcipiamus.
  - **Defectus eſt nimia Temperãtia, vel**: Nimia ſobrietas, nimia abſtinentia, caſtitas nimia, rigiditas.

- **K. Diligentia**
  - **Quid?** Eſt virtus propria, qua honeſtum noſtrum propoſitum urgemus & perficimus. Orpheus, Demoſthenes.
  - **Extrema**
    - **Defectus**: Eſt ocium, quo labores fugimus aut ſuſceptum turpiter deſerimus. Eſtq; honeſtũ & vicioſum.
    - **Exceſſꝰ**: Eſt nimia diligentia, quæ ultra modum laborem ſuſcipit, ut: Sutor ille Romanus, qui nimia diligentia educaverat corvum, ut proloqui poſſet hæc verba: Cæſar victor ſalve: Sed quando obviã venit Sutor Cæſari, corvus obmutuit, unde dixit, Oleum & operam perdidi.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id366723723/130 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

L. Mixta virtus

- Quid? — Eſt virtus, quæ conflatur ex verbis & rebus.
- Species
  - Humilitas
    - Quid — Eſt virtus, qua nos ſorte noſtra q; inferiores eſſe cum dignitate arbitramur.
    - Extrema
      - Exceſſus — Eſt ſuperbia, qua quiſpiam ſibi plus tribuit ac debet: vel eſt elatio animi, quæ tantum tumorem in animo efficit, ut avidius homo umbram honoris captet.
      - Defect9 — Eſt levitas qua honorem & dignitatem negligimus.
  - Urbanitas
    - Quid? — Eſt virtus mixta, qua in honeſtis jocis nos exercemus, & reſpicimus tempus, locum, perſonam.
    - Extrema
      - Defectus eſt ruſticitas, quæ abhorret ab omni feſtivitate & joco, cùm in audiendo, tùm faciendo.
      - Exceſſus — Eſt ſcurrilitas, quæ tædioſa & inſulſa imò obſcæna tractat.
  - Humanitas.
    - Quid? — Eſt virtus mixta, qua blandis, iisq; veris & verbis & geſtibus utimur.
    - Extrema
      - Exceſſus — Eſt nimia humanitas, qua erga omnes & promiſcuè blanditiis utimur & geſtibus maximè compoſitis.
      - Defectus — Eſt moroſitas, qua omne exuimus blandimentum & nihil niſi dura proponimus.



Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id366723723/131
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

**M. Intellectualis virtus –**

- Quid? – Eſt Dianoëtica virtus, quæ actiones honeſtas conſiderat, idq; judicio mentis, unde & dicitur à διανοέω, id eſt, cogito, quia multiplici opus cogitatione, ut inquirat mens, an actio honeſta, nec ne.
- Quot ſunt virtutes intellectuales
  - Sapientia
    - Quid? – Eſt qua honeſtum in neceſſariis conſideramus.
    - Extrema
      - Defectus – Eſt ſtulticia, quæ neceſſaria rejicit, nec ex illis aliquid elicere poteſt.
      - Exceſſus – Eſt nimia ſapientia, qua aut nihil aut parum, quod honeſtum & utile, concluditur.
  - Prudentia
    - Quid? – Eſt virtus Dianoëtica, qua contingentia conſideramus.
    - Extrema
      - Defectus eſt ſtupor, qui ex contingentibus non poteſt eligere honeſtum & utile.
      - Exceſſus – Eſt temeritas, quæ confidenter de contingentibus pronunciat.

**N. Εὐδαιμονογραφία, id eſt, doctrina de ſummo bono ——**

- Quid?
  - Ipſa Definitio —— Summum bonum eſt actio hominis rectæ rationi conſentiens in omni vita. Ariſtoteles lib. 1. ad Nic. c. 7. l. 10. c. 6.
  - ἐξήγησις. Definitionis habet
    - Proprietates uti ſunt Quinque:
      1. Ad ſummum bonum omnia in homine diriguntur, quemadmodum omnes artes certum habent finem.
      2. Bonum illud eſt omnium præſtantiſſimum, ideò non propter aliud ſed propter ſeipſum expetitur, cū è contrario omnia reliqua propter alia expetantur.
      3. Bonum illud eſt αὐταρκὲς, id eſt, ſibi ſufficit.
      4. Conſentit cum recta ratione & conjunctum cum virtute. Ariſtoteles 1. Nicom. c. 7. & 10. c. 6.
      5. Summum bonum per omnem vitam durat: Hinc infert, unam virtutem non ſufficere & omnes debere adeſſe per vitam.
    - Quæſtiones, vide O.
- Quotuplex? vide P.

- **O. Quæſtiones**
  - Prima, quæ eſt cauſa ſummi boni —
    - Reſpondet Ariſtoteles l. 1. Nico. c. 9. Eſſe DEUM primariam cauſam, unde bonum vocat θεόπεμπτον à DEO miſſum. 2. Secundariam virtutem, doctrinam & exercitationem.
  - 2. Quod eſt ſubjectũ ſummi boni —
    - Ariſtoteles l. 1. c. 10. & 11. ait eſſe hominem. Sed an in hac an in altera vita diſputatur. Ariſtoteles autem tribuit hominibus in hac vita, cum virtus debeat eſſe conjuncta, vel ſperatio ipſius cum bono ſummo. Sed melius fortaſſe ſenſiſſe videtur Solon, qui neminem beatum dicere voluit ante obitum.
  - 3. An bonum laudabile vel honorabile ſit finis hominis —
    - Ariſtoteles l. 1. c. 11. Refertur autem ad bona honorabilia, ſiquidem perpetuo hoc bonum comitantur voluptas & honor. Deinde laus in divinis, honor in humanis.

- **P. Quotuplex?**
  - Diviſio Summũ bonum, dividit Ariſtoteles l. 10. c. 7. In beatitudinem —
    - Practicam, quæ in actione verſatur.
    - 2. Theoreticam, quæ in contemplatione.
  - Quærit Ariſt. l. 10. c. 7 & 8. quæ ſit præſtantior, & Reſpondet, Theoreticam eſſe ob has cauſas —
    - 1. Quia mens eſt corpore præſtantior, ideò & actio ipſius.
    - 2. Quia actio mentis diuturnior.
    - 3. Majores affert voluptates.
    - 4. Minus indiget ſubſidiis.
    - 5. Summa Tranquillitas eſt in ſpeculativa, cum è contrario Practica abundet infinitis & calamitatibus.
    - Alii volunt Practicam eſſe præſtantiorem
      - 1. Quia ſapiens fugit ſolitudinem, quæ tamen ſpeculationi maximè idonea.
      - 2. Quia cognitio omnis inutilis, niſi Praxis accedat.

FINIS.

# SCELETON POLITICES.

- Politica.
  - Quid?
  - Partes
    - εἰρηνική conſtat
      - Eſſentia
        - Materia civis
          - Quid
          - Officia
            - Communia
              - Spiritualia
                - Religio.
                - Pietas.
              - Humana erga
                - Seipſum. Amor privatus.
                - A. Alios
                  - Promtitudo.
                  - Fidelitas.
            - B. Propria
              - Tranquilli temporis.
              - Turbulenti temporis.
        - C. Forma habet
          - Conſenſum
            - Concordia.
            - Ordo
              - Munerum.
              - Dignitatum.
          - Leges.
      - D. Partibus
        - Membra
          - Magiſtratus.
          - Subditus.
        - E. Species
          - Monarchia.
          - Poliarchia
            - Ariſtocratia.
            - Democratia.
    - F. Πολεμική conſiderāda
      - Communia
        - Communiter facienda.
        - Communiter fugienda G.
      - Propria.
        - Prima.
        - Secunda
          - In bello.
          - Poſt bellum.

- **Politica**
  - **Quid?**
    - Politica ἀπὸ τῆς πόλεως & ἀπὸ τῶν πολλῶν, eſt ars rectæ conſtituendi & adminiſtrandi Rempublicam.
    - Reſpublica eſt ſocietas naturaliter inſtituta commodi publici gratia.
  - **Partes ſeu officia Politicæ, ſunt 2.**
    - **εἰρηνική tempore pacis conſtat**
      - **Eſſentia, quæ viciſſim**
        - **Materia, ut civis**
          - **Civis Quid?**
            - Eſt homo bonus, Reip. ut membrum alligatus, quiq; communi gaudet bono.
            - Eſtq; naturalis, aſcitus, civitate donatus.
          - **Officia civis ſunt**
            - **Communia, quæ omni tẽpore præſtãda ſunt eaque**
              - **Spiritualia: quæ DEUM reſpiciunt, ut**
                - **Religio**
                  - Quid? Eſt virtus communis, quæ DEUM rectè agnoſcit.
                  - Extrema
                    - Exceſſus eſt ſuperſtitio, quando colit illud quod non eſt DEUS.
                    - Defectus, odium adverſus religionem.
                - **Pietas**
                  - Quid? Eſt quæ DEUM rectè colit.
                  - Extrema –
                    - Exceſſus eſt nimia pietas, vel vera vel ficta, quando in eo pietatem adhibet, in quo non eſt opus.
                    - Defectus eſt odium adverſus pietatem.
              - **Humana: quæ hominem reſpiciũt**
                - **Seipſũ ut: Amor privatus**
                  - Quid? Eſt officium ejuſmodi, quo homo ſtudet virtuti, ita, ut omnia ad publicũ referat cõmodũ. Dicitur a. privat9, quod in ſingulis q: privatim hæreat & exerceatur.
                  - Attributa
                    - Proprietates
                      - 1. Amor ita dirigit omnia, ne cõſcientia lædatur, i. e. ne morſus in animo deprehẽdat civis, ob violatã legẽ.
                      - 2. Amor quærit bona, tum ad conſervationẽ ſui ipſius, tûm ad publicam ſalutem.
                      - 3. Studet, ut ſit cunctis bonum Exemplum.
                    - Extrema
                      - Defectus eſt odiũ privatũ, quod eſt renũciatio virtutum & commodi publici.
                      - Exceſſus, qn: inhoneſtis commodũ publicũ quærim9, ut Veſp: ex lotio pecuniã collegerat.
                - Alios homines, vide A.
            - Propria, vide B.
        - Forma, vide C.
      - Partes, D.
    - πολεμική, vide F.

- **A. Alios homines reſpicit**
  - **Promtitudo**
    - **Quid?** Promtitudo eſt officium, quo laborem muneris erga alios alacriter perficiamus.
    - **Extrema**
      - **Exceſſus** Eſt nimia alacritas, quæ eſt vitium, quo ſine ratione & metu omni turpia conficimus, vel nimium properamus, & properando infidelitatem delinquimus, ut: Cræſus.
      - **Defectꝰ** Eſt moleſtia, quæ eſt vitium, quo nihil, niſi precibus, agimus, vel alio urgente cum ſumma tamen moroſitate.
  - **Fidelitas.**
    - **Quid?** Eſt officium, quo omnes circumſtantias exactè conſideramus, ne munere noſtro delinquamus.
    - **Extrema**
      - **Defectus** Incogitantia, quo quodlibet agendum ſuſcipimus ſine ulla circumſtantiarum obſervatione, ut: Trojani qui incogitantes equum immittebant, urbs funditùs deleta eſt.
      - **Exceſſus** Eſt metus, quo conſideratis circumſtantiis neſcio, quod periculum ſomniamus & actioni valedicimus, ne in odium quorundam, laborem, & alia incidamus.
- **B. Propria officia, quæ proprii temporis ſunt eaq;**
  - **Tranquilli tẽporis**
    - Tranquillum tempus eſt, quando à bellis, peſte, fame & aliis calamitatibus ſumus liberi, & requiritur ſedulitas.
    - **Extrema**
      - Defectus eſt oſcitantia, quæ de bello tempore tranquillo non cogitat, nec curam peſtis ſuſcipit, nec de fame ſollicita eſt, ſed potius anſam præbet.
      - Exceſſus, Stulta ſedulitas eſt, quando rem militarẽ tempore pacis exercemus, ita, ut potius noceamus Reipub. quam adjuvemus.
  - **Turbulenti temporis**
    - **Quid?** Turbulentum tempus puta ſi bellum, peſtis, fama, & opus eſt conſtantia.
    - **Extrema**
      - **Defectus** — **Inconſtantia** Eſt quæ tempore belli manũ ſubtrahit, tẽpore peſtis fugit, tempore famis eam adauget corradendo pecuniã ingluvie & aliis modis, qui numero plurimi.
      - **Exceſſus** Stulta ſedulitas eſt, quando rem militarem tempore pacis exercemus, ita, ut potius noceamus Reipub. quàm adjuvemus.

C. Forma conſiſtit in

- **Conſenſu**
  - **Quid?** Conſenſus eſt, quo cives unum idemq; adprobant & improbant pro circumſtantiis.
  - **Quotuplex? Eſtque**
    - **Concordia**
      - **Quid?** Eſt conſenſus quo cives omnes unanimiter cohabitant.
      - **Extrema**
        - **Defectus** Eſt diſcordia, qua cives diſtracti inter ſe vivunt, & cohabitant.
        - **Exceſſus** Eſt indulgentia, qua omnis generis vitia conceduntur, Convivia inſtituuntur ſumtuoſa, & ſine ulla ratione conveniunt cives.
    - **Ordo**
      - **Quid** Ordo eſt, qui docet quomodo omnia gerenda & inſtituenda in Republica, ne forma concidat & Reſpub. pereat.
      - **Quotuplex?**
        - **Munerum**
          - **Quid** Ordo munerum eſt officium præſcribens vitæ genera, quib. opus in Repub. bene conſtituta.
          - **Extrema**
            - Defectus eſt omiſſio ordinum in muneribus.
            - **Exceſſus** Eſt conceſſio ματαιοτεχνίας vanæ artis, ut præſtygiatoriæ, & aliarum, quæ minimè concedenda inter ordines munerum.
        - **Dignitatum**
          - **Quid** Ordo dignitatum eſt, quo cives ex munerum meritis erga Rempub. diſtinguuntur & æſtimantur.
          - **Extrema**
            - **Defectus**
              1. Eſt confuſio qua boni à malis diſcerni nequeunt.
              2. Eſt προσωποληψία.
              3. Eſt prærogativa injuſta, ſi primas tenent illi, quib. ultima debentur, ſi vocantur, qui nondum limen ſalutarunt.
            - **Exceſſus**
              1. Eſt incogitantia, quando aliquis majori afficitur dignitate, ac ratio requirit & munus concedit.
              2. Eſt temeritas qua ſæpe nonnulli, qui adhuc jejuni muneribus ſe perfici exoptant, petunt & præmiis vocationem emunt.
- **Legibus**
  - **Quid?** Lex eſt ſententia honeſta de civis officio, ad ſui obſervationē impellens.
  - **Extrema**
    - **Defectus**, Eſt quando aut leges neceſſariæ omittuntur, aut executio nulla adhibetur, aut ſi puniantur homines ſine ulla lege.
    - **Exceſſus** Eſt, quando dantur leges injuſtæ nocitæ plùs quàm utiles, quando ubique ſummum obſervatur jus, nec ulla vel perſonarum, vel temporum, vel locorum habetur ratio, quando etiam calumnioſa legum inſtituitur interpretatio, & pauperes puniuntur, divites dimittuntur.



Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id366723723/137 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft

- D. Partes εἰρηνικῆς habent
  - Membra
    - Magiſtratus
      - Quid? Magiſtratus eſt membrum Reipub. publicum, reliqua ad conſulendum bonis publicis dirigens.
      - Quotuplex eſt officium Magiſtratus?
        - Generale
          1. Magiſtratus alat concordiam, nec temerè lites moveat.
          2. Ordinem ſervare ſtudeat optimum, reſpectu juniorum inſtituat Scholas: Adultorum: promoveat dignos, & honeſtis officiis præficiat: Malos pœna afficiat & reliqua ad vitam humanam neceſſaria procuret.
        - Speciale Magiſtratus eſt
          - Superior
            - Quid? Magiſtratus ſuperior eſt, qui alium ſub ſe continet, diciturq; aliâs Imperator, Rex, Princeps
            - Officia boni Principis Reſpectũ
              - Sui-ipſius: Pietatem & Religionẽ colat, ſcientias diſcat, leges ferat, autoritatem & Majeſtatem tueatur.
              - Aliorũ ſunt
                - Conſiliarii: Sunt a. conſiliarii adjutores fidei rerumq; periti atq; ſalutaria ſuggerentes.
                - Miniſtri: Sunt, quib. utitur in quibusdam expediendis. Hos omnes debito honore proſequatur.
          - Inferior
            - Quid? Eſt qui alium ſub ſe habet, & nihil novi niſi ſuperiore conſentiente ſtatuit, leges & mandata obſervat, omnia ad ſuperioris Majeſtatis gloriam & commoditatem refert.
            - Species: Ædilis, Quæſtor, Cuſtos rotulorum, Præfectus, Judices, Cenſores, Senatus.
    - Subditus
      - Quid? Subditus eſt qui aliis obœdientiam præſtat: Eſtq; Urbanus, Suburbanus, Paganus.
      - Officia ſubditi ſunt
        - Generalia: Magiſtratũ amet, adjuvet, audiat, colat.
        - Specialia: Splendida ædificia extruat, ære alieno ſe non oneret, &c.
  - Species, E.

**E. Species.**

- **Monarchia**
  - Monarchia eſt Reſpublica, in qua unus ſummam habet poteſtatem, & dicitur à μόνος, id eſt, ſolus, & ἄρχομαι, impero. Hom: οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω, Multos imperitare malum eſt, rex unicus eſto. ut: Cor in corpore.
- **Polyarchia**
  - Quid? Polyarchia, à ϖολὺ, id eſt, multum & ἀρχὴ imperium. Eſt Reſpublica, in qua penes multos eſt ſuprema poteſtas.
  - Species
    - Ariſtocratia: Ariſtocratia eſt ſpecies ϖολυαρχίας, in qua optimates & prudentiſſimi dominantur.
    - Democratia: Democratia, à Δῆμος populus, eſt ſpecies ϖολυαρχίας, in qua populus aut maxima pars cæteris præeſt omnibus.

**F. Πολεμικὰ tempore belli**

- Quid? Bellum eſt diſſenſio hoſtilis, qua edicto magiſtratus ſuperioris arma ſuſcipiuntur.
- Hic conſideranda Præcepta
  - Communia
    - Quid? Communia ſunt, quæ omnibus præſcribunt officia.
    - Quæ ſunt duplicia
      - Communiter facienda, ut
        1. Pietas, quæ vult bellatorem pugnare pro aris & focis patriæ, ne lædatur illa, aut planè intereat. Hinc vir bonus eſt, qui aram & focum defendere ſtudet.
        2. Religio, ne ſit impius maledicendo, evomendo dira, cùm in DEUM, tùm in hominem. Et imprimis commendatur hæc virtus Joſuæ cap. 1.
        3. Fortitudo, ne animus deponatur, ſed viriliter mors ſubeatur, nevè recuſetur. Hinc apud Lacedæmones omnes Dii & ſtatuæ illorum erant armatæ: quo monebant fortitudinẽ eſſe Diis gratam, ignaviam v. inviſam.
        4. Prudentia, quæ omnia conſideratè agit, nec quicquam temerè ſuſcipit, ſed omnes omnium rerum conſiderat circumſtantias.
      - Communiter fugienda, vide G.
  - Propria. H.

**G. Communiter fugienda.**

1. Eſt impietas, quæ omni fugienda eſt modo, quæ non pro aris & focis, ſed contra ſæpè pugnat, pecuniæ & divitiarum ergò.
2. Maledictio fugienda, quam nonnulli formam militis conſtituunt Ideò non laudandi veteres, qui dixerunt, militem pium parum eſſe militem.
3. Fugiendus eſt animus effœminatus talis, qualis erat in Sardanapalo.
4. Deniq; imprudentia, qua omnia ſine conſiliis & obſervatione circumſtantiarum inſtituuntur.

**H. Propria, quæ ſunt.**

- **Prima.**
  - **Quid?** Officia propria prima docent perſonas, quæ ad bellum eligendæ. Non enim ex quovis homine fit miles.
  - **Species.**
    1. Perſona fortis non timida eligatur, illa enim præſtat obedientiam, hæc fugit. Hinc Epaminundas dixit: militem non debere tantum eſſe athletam ſed fortem militem.
    2. Agilis ſit non obeſa, quæ nec ſibi nec aliis prodeſſe poteſt.
    3. Tertiò requiritur ſanitas corporis, quia valetudinariæ non aptæ ad militiam.
    4. Quartò juvenes & adultæ ſint perſonæ, non v. ſenes.
    5. Quintò perſona ſit patiens laborum, famis & ſitis, omnibus eſt hiſce opus in bello.
    6. Sextò, perſona ſit libera, ſine conjugio.
- **Secunda reſpiciunt, tempus.**
  - **In bello reſpicit perſonas, ut:**
    - Duces belli ſunt perſonæ peritæ, providæ, felices, quæ bellum gerunt & ſunt primariæ & ſecundariæ.
    - **Milites.** Milites, ſive pedites ſive equites, ſunt reliqua turba, quæ arma gerit & duces ſequitur.
  - **Poſt bellū conſiderat.**
    - Captivos, quibus interdum parcendum, ſi perſona bona, ſi ſpes pacis, ſi pugnârint non ex malo animo.
    - 2. **Res.** Quas miles bona conſcientia retinere poteſt & uti ſine reſtitutione, modò acceperit titulo bono, & ſi hoſtis verus.

**FINIS.**

# SCELETON OECONOMIÆ.

- Oeconomia.
  - Quid?
  - Partes ſunt.
    - Inanimatæ ut, ædificia
    - Animatæ
      - Homo officia ejus
        - Communia de
          - Labore
            - Animi.
            - Corporis.
          - Cibo. A.
        - B. Propria reſpicit.
          - Dominos, quorũ officia
            - Generalia.
            - Specialia.
          - Servos
      - C. Animata, quæ quadam vivunt anima
        - Senſitiva & Vegetativa
          - Terreſtria
            - Domeſtica
              - Minora.
              - Majora.
            - Fera
          - Aquatilia
          - Volatilia
            - Integra.
            - Inſecta.
        - Vegetativa tantum.

**Oeconomia**

- Quid? Oeconomia, ab οἶκος domus, eſt ars rectè conſtituendi & adminiſtrandi domũ.
- Partes, verſatur circa
  - Inanimata, ut: ædificia
    - Quid? Ædificia ſunt ſtructura rei familiaris gratia condita.
    - Notanda hîc
      - Generalia
        1. Ædificium majori ſumtu minimè conſtituendum, ſed ſemper par ſit ratio facultatum.
        2. Sit benè munitum contra tempeſtates.
        3. Situs eligendus eſt, qui plurimum rem familiarem adjuvat.
      - Specialia pro
        - Homine
          - Dicitur domus, in qua ſit hypocauſtum, culina, cubilia, cellula, contignationes.
          - Sine his n. vera domus eſſe nequit. Hinc qualis domus conſtitutio, talis eſt Dominus.
        - Brutis
          - Stabulum, eſt in quo detinentur animalia bruta.
          - Operotheca in quib. aliquid ſervatur.
            - Horreum, fœnile, palearium, lignariũ, ſterquilinium, hydrotheca.
  - Animata, ut:
    - Homo Oeconomicus, cujus officia
      - Communia eaq; duplicia in
        - Labore
          - Quid? Labor eſt actio qua res familiaris promovetur.
          - Quotuplex?
            - Animi, qui animo perficitur, eſtq; de
              - Divinis, ut ſacra tractet priuſquam ad alia progredietur.
              - Terreſtibus, ut cogitẽt etiam de ſuis, ne ex imprudentia omnia agant, rẽ familiarẽ diminuant, atq; manibus laborent, mente hic inde vagẽtur.
            - Corporis
              - Quid — Labor corporis, qui manib. pedib. & aliis membris perficitur.
              - Regulæ
                1. Laborandum quotidiè & ſingulis horis.
                2. Facienda ea, quæ proſunt non nocent, & quorũ poſtmodum nos nõ pœnitet.
                3. Laborandum ſedulo, & omni diligentia, ne à DEO accuſemur, licet ab hominibus abſolvamur.
                4. Labor non eſt metuendus ſed potius amandus, quãdo videlicet peragendus.
                5. Omnes laborare debent, nec puer, modò aptus, nec ſenex, niſi planè delirans, excludatur.
        - Cibo. A.
      - Propria. B.
    - Quædam, quæ quadam vivunt anima. C.

- **A. Cibo**
  - Quid? Cibus eſt nutrimentum, quo homo conſervatur ſeu paſcitur.
  - Notanda
    - 1. Qualis ſit cibus
      - 1. Cibus ſufficiat, ne membra concidant.
      - 2. Non admodum ſit lautus, nec tamen pugnans cum natura.
      - 3. Cibus ſumatur ad neceſſitatem, non ad repletionem nimiam, quæ labores impedit & morbum producit.
    - 2. Quomodo in cibo ſumendo ſe præbeant? Nimirum ſint concordes, læti, civiles.
- **B. Propria**
  - Quid? Propria ſunt, quæ certis perſonis officia præſcribunt ſua.
  - Quotuplicia reſpiciunt vel
    - Dominos, quæ ſunt
      - Generalia
        - Quid? Officia generalia conjugum, quæ docent, quid in genere ab utroq; conjugũ faciẽdũ.
        - Species ſunt ſequentes
          - 1. Domini ſint conjuges. Conjugium v. eſt conſociatio ſeu unio unius viri & mulieris.
          - 2. Conjugium non inſtituendũ inter perſonas cõſanguineas.
          - 3. Perſona eligenda officioſa, ſecus ſi fiat, res concidit familiaris.
          - 4. Sit inter perſonas ejusdem religionis conjugium.
          - 5. Perſonæ ſint ætatis convenientioris.
      - Specialia
        - 1. Maritus defendat uxorem, ne injuria afficiatur. Uxor à viro ſe regi patiatur, ipſiq; obediat, ita tamen ne pro ancilla habeatur, cum uterq; conjugum ſit alter ego.
        - 2. Ornatum nimium in muliere vir haud concedat.
        - 3. Maritus ea potiſſimum curet quæ foris. Econtrariò mulier quæ intus procurabit, & quidem ita ne ſit ſollicita de iis, quæ fiunt extra.
        - 4. Omnia ſua maritus propugnare debet.
        - 5. Utraq; perſona aliam, honore, quo par eſt, afficiat.
        - 6. Vir abſens præſtet ea, quæ alias præſens, ut & uxor ſive in amore ſive re familiari.
        - 7. Mariti eſt inſtituere filios, uxoris eſt educare.
    - Servos
      - Quid? Servi ſũt, quorũ officio Domini utũtur in adminiſtratione rei familiaris
      - Notanda
        - 1. Quales ſint
          - Primò: Probi.
          - 2. Eligendi ſunt, qui ad laborem conſueti.
          - 3. Eligendi ſunt, non nimium ignavi, nec nimium fortes.
        - 2. Officia ſervorum
          - 1. Omnis ſervus obœdiat Domino, tàm viro, quàm fœminæ; tàm malo quàm bono in omni etiam re, modò non pugnet cũ virtutib. generalibus.
          - 2. Omne opus peragant ſervi, cibum petant & animadverſionem tolerent.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id366723723/143 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft

C. Animata, quæ quadam vivunt anima. Sunt quæ habent

- Animã ſenſitivam & vegetativam, ut Bruta, quæ ſunt
  - Terreſtria
    - Quid? Bruta terreſtria ſunt, quæ vitam degunt in terris.
    - Quotuplicia
      - Domeſtica ſũt illa, quæ manſueta dicuntur, & ſervantur in domibus. Suntque
        - Minora, eaq; pro
          - Cuſtodia, ut:
            - Canes: Sint mento ſuppreſſo, capitibus & auriculis magnis & flaccis, craſſis cervicibus ac collo, cruribus rectis, pedib. magnis, unguib. duris.
            - Feles.
          - Promotione rei familiaris, ut:
            - Oves
              - 1. Quales ſint?
              - 2. Quis finis?
              - 3. Quomodo tractandæ.
            - Porcelli: laudantur propter amplitudinem membrorum.
        - Majora
          - Bos: Bos ſit benè compoſitus, integris membris, oblõgis, cornibus nigrantibus, latis frontibus, oculis magnis & nigris.
          - Equus: Sit oculis nigris, narib. non anguſtis, auribus applicatis.
      - Fera: Sunt, quæ degunt vitam in ſylvis, ut: Lepores, apri, cervi, capreæ, quib. opus
  - Aquatilia: Sunt, quæ vitã degunt in aquis, ut: Piſces.
  - Volatilia
    - Quid? Sunt, quæ vitam degunt in aëre, ut: Aves.
    - Quotuplicia
      - Integra
        - Anſeres, quorum uſus eſt propter pennas ad conſtructionem lectorum.
        - Gallinæ, quæ propter ova commendantur.
        - Anates.
        - Columbæ, quæ aluntur propter cibum, qui inde paratur, quia fœcundæ.
      - Inſecta, ut: Apes aluntur, vel voluptatis cauſa vel propter mel.
- Animam tantum Vegetativam habent:
  - Hortus: Eſt vel coronarius, olitorius, pomarius.
  - Ligna: ut, Sylva in qua aluntur arbores & propter ignẽ & propter ædificia.
  - Vinea: Eſt locus in quo vites aluntur & plantantur.
  - Ager: Eſt locus, in quo ſegetes aluntur, & requirit arationem, occationem, & ſtercorationem.
  - Pratum: Eſt locus in quo gramina aluntur in uſum hyberni temporis.

FINIS.

# SCELETON METAPHYSICÆ.

- **Metaphyſica.**
  - Quid?
  - Partes
    - Generalis
      - Principia
        - Externa.
        - Interna.
      - A. Affectiones, eſt Ens.
        - Reale
          - Simplex
            - Abſolutum
              - Unum.
              - Verum, B.
              - Bonum, C.
            - D. Relativum
              - Conſentaneum
                - Principia.
                - Principiata.
              - Diſſentaneum.
          - E. Conjunctum
            - Perfectum
              - Eſſentiæ
                - Univerſale.
                - Particulare.
              - Dependentiæ
                - Neceſſarium.
                - Contingens.
            - Imperfectum
              - Eſſentiæ
                - Actus
                  - Perfectus.
                  - Imperfectus.
                - Potentia
                  - Propinqua.
                  - Remota.
              - F. Dependentiæ
                - Prius.
                - Poſterius.
        - G. Intentionale.
    - H. Specialis
      - Subſtantia
        - Increata.
        - Creata
          - Spiritualis.
          - Corporea
            - Simplex.
            - Miſta.
      - I. Accidens
        - Abſolutum.
        - K. Reſpectivū
          - Internum.
          - Externum.



Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id366723723/145 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft

- **Metaphyſica**
  - **Quid?** Metaphyſica eſt ars ſeu ſcientia, quæ Ens, quatenus Ens, conſiderat: vel ἔςιν ἐπιςήμη, ἣ θεωρεῖ τὸ ὂν, καὶ τὰ τέτω ὑπάρχοντα καθ' αὑτό. Ariſtoteles 4. Metaph. c.1. Subjectum Metaphyſicæ eſt Ens, Ens vero eſt, cujus eſt eſſentia. Cujus enim nulla prorſus eſt eſſentia id nihil eſt.
  - **Partes**
    - **Generales**
      - **Quid?** Sunt, quæ Entis generalia proponunt.
      - **Quæ**
        - **Principia**
          - **Quid?** Principia ſunt prima, ex quorum cognitione cuiq; rei cognitio acquiritur. Nec poteſt res iis ignoratis benè cognoſci. Suntq; vel Eſſendi; vel cognoſcendi.
          - **Principium Entis, Quotuplex?**
            - **Externum**
              - **Quid?** — Eſt illud ſummum & ſupremum nempè DEUS, qui eſt omniũ immediata cauſa.
              - **Probatio hujus** —
                - 1. Omne n. Ens depẽdens eſt ab independente: Idcircò n. dependens eſt, quia ab alio dependet. Atqui res omnes præter DEUM ſunt dependentes. Ergò.
                - 2. Omne Ens aut eſt à ſe aut ab alio: Aut eſt finitum aut infinitum. Nullum nunc finitum à ſe. &. ab infinito. Illud non eſt niſi unum. Si enim duo eſſent infinita, eſſent duo principia prima, quod impoſſibile.
                - 3. Omnia Entia à Deo ſunt, A ſeipſo nihil eſt præter DEUM unum. Quicquid n. eſt extra DEUM per cauſas eſt ex cauſis in cauſis. Quod adeò verum, ut ne ipſæ quidem cauſæ careant cauſis.
            - **Internum**
              - **Quid?** Internum Entis principium eſt ipſa quidditas, ipſa Eſſentia, cujuslibet rei, quæ dat eſſe formaliter, quod eſt Ens, ut: Per humanitatem eſt homo.
              - **Quot?** Hæc rerum quidditas nihil eſt aliud quàm Natura, quæ eſt ordinaria DEI in rebus poteſtas. Item Scal. eſt ordo connexioque cauſarum cum effectibus in mundo. Item eſt vis DEI.
        - **Affectiones,** vide A.
    - **Particulares** H.

A. Affectiones ſunt, Ens eſt vel

- **Reale**
  - **Quid** — Reale Ens eſt, quod reipſa eſt in natura, etiam nullo intellectu conſiderante, id eſt, cujus Eſſe ab operatione mentis non dependet, ut: Arbor, homo ſunt Entia realia, extra enim intellectum conſiſtunt & exiſtunt. Aliâs vocantur primæ notiones, quæ ſunt nomina ipſarum rerum ſeu voces rerum ſignificatrices.
  - **Quotuplex?**
    - **Simplex?**
      - **Quid?** — Ens reale ſimplex eſt, quod ſine disjunctione cum Ente recurrit.
      - **Quotuplex?**
        - **Abſolutũ**
          - **Quid?** Abſolutum eſt Ens, quod ab alio non dependet.
          - **Quotuplex?**
            - **Simpliciter abſolutũ** — Eſt abſolutum ab omni cauſa & compoſitione, Quale eſt ſolus DEUS. Hic n. à nulla prorſus depẽdet cauſa, Nec ullam admittit compoſitionẽ, ac proindè ſimpliciſſimus eſt. E omnia quæ ſub DEO ſunt, compoſita ſunt.
            - **κατά τι**
              - **Quid?** — Eſt vel abſolutum à materia Phyſica, ut: Animæ & Angeli, vel à ſubjecto, ſubſtantia, vel à relatione.
              - **Species**
                - **1. Unũ**
                  - **Quid?** — Unũ eſt quod indiviſum eſt in ſe, & eſt in natura, quia eſſentiæ eſt particeps. Hinc Unum & Ens inter ſe cõvertuntur. Quod n. nõ eſt Unũ, id ne eſt quidem. Unum ita eſt Entis proprium, ut cũ eõ ſit res eadem non differens niſi modo.
                  - **Uni apposita eſt Multitudo** — Multitudo eſt unitatũ collectio. Vel multum dicimus, quod habet in ſe plura, quorũ unum non eſt aliud, ſed unumquodq; in ſe eſt diviſũ. Hinc eadem res poteſt unũ & multa dici ſimul ſed diverſo reſpectu; Unum ſubjecto, multa definitione; Unum actu, multa poteſtate,
                - B. **2. Veritas,**
                - **3. Bonitas.** C.
        - **Relativum.** D.
    - **Conjunctum.** E.
- **Intentionale,** G.

- **B. Verum ſeu veritas**
  - **Quid?** Verum eſt conformitas ſeu congruentia rei cum intellectu. Verum connexum eſt cum mente, ut de eo negari non poſſit ſine ejus everſione: Ut enim unumquodq; eſt, Sic & verum eſt.
  - **Quotuplex?**
    - **Simplex** Eſt, quæ conſiſtit in ſimplici rerum apprehenſione, vel quæ eſt abſoluta, ſine affirmatione & negatione conformitas rei cum intellectu & intellectus cum re, quæ vel maximè hic intelligitur.
    - **Compoſita** Eſt, quæ conſiſtit in compoſitione & diviſione, quæ res ipſas ſemper attendere debeat. Rerum enim quædam ſemper componuntur ita, ut per Naturam disjungi nequeant. Verbi cauſa. Homo eſt animal, vinculo eſſentiali inter ſe cohærent. Quædam verò dividuntur ita, ut nunquam componi poſſint. Verbi cauſa: Homo eſt lapis. Quædam verò ita, ut quandoq; componi, quandoque dividi poſſint. Verbi cauſa: Paries albedo, nigredo.
    - **Oppoſita Falſitas eſt** Falſitas eſt difformitas & diſtrepantia intellectus à rebus ipſis, contra eſſe ipſarum aliquid enuncians. Res enim ſemper, quatenus ſunt, eædem ſunt, & non poſſunt non eſſe.

- **C. Bonum ſeu Bonitas, Eſt vel**
  - **Tranſcendẽs**
    - Tranſcendens bonitas eſt, quæ congruit Enti. Eſtque appetibilis: Bonum enim id eſt, quod omnia appetunt.
    - Eſtq; hæc bonitas in
      - DEO ſumma & Eſſentialis bonitas.
      - Creaturis accidentalis Gen. 1. DEUS videbat, quod eſſent valde bona. Quod uſq; adeò verum eſt, ut etiamnum poſt lapſum eſſentia hominis ſit optima. Imò & ipſorum Diabolorum, quod probè notetur contra Flaccianos, qui Peccatum Subſtantiam eſſe dicunt.
  - **Non tranſcendẽs eſt**
    - **Naturalis bonitas** Eſt congruentia quædam naturæ, quæ relativa dicitur, ut: Aqua Piſci: ϖυράιςη ignis bona ſunt, quæ homini non conveniunt: Unde Scal. definit: Eſt perfectio cujusq; Entis, quà tale eſt, producta ex iis, quæ requiruntur ad finem illius Entis. Huic opponitur malum.
    - **Moralis** Moralis eſt perfectio actus cum recta ratione, unde hæc habitus appellatur, quod non eſt aliud quàm virtus.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id366723723/148 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

- **D. Relatum Ens**
  - Quid? Eſt autem Relatum Ens, quod ab alio pendet & conſiſtit non niſi in mutua relatione, diciturq; ſecundum Eſſe.
  - Quotuplex?
    - Conſentaneum
      - Quid? Ens reale relatum conſentaneum eſt, quod cum mente alicujus conſentit.
      - Quotuplex?
        - Principium
          - Quid? Sunt, quæ concurrunt ad Eſſentiæ conſtitutionem. Illa n. dant aliis. Hinc Scal. Principiorum eſt actio non paſſio.
          - Quot? 4. Efficiens, Materia, Forma, Finis.
        - Principiata
          - Quid? Eſt Ens, quod per principia exiſtit.
          - Regulæ
            1. In principiis & principiatis non itur in infinitum. Sed ad primū tandē eſt deveniendū, in quo acquieſcamus, & à quo omniū cauſarum ſeriem quaſi catenā aureā traducamus.
            2. Inter principium ergò & principiatū eſt conſenſio, hinc identitas
               - Quid? Identitas ſeu ταυτότης, eſt eadē ejusdem natura, ſeu eſt quædā inter Entia convenientia. Quæ in principiatis eſt, nō niſi ex cauſis, ſeu principiis.
               - Modi Identitatis 3.
                 1. Eorum eſt, qui idē ſunt numero. Sic homo & Muſicꝰ idē eſſe dicuntur, ideò quod eidē ſubjecto inſunt.
                 2. Eorum eſt, quæ genere idē ſunt, qualia ſunt, quorum eſt generalis natura eadem.
                 3. Eorum eſt, quæ natura ſpecifica ſunt eadem, ut: æquale & ſimile.
    - Diſſentaneum eſt oppoſitum
      - Quid? Oppoſitum eſt, quod eſt diverſum ab alio.
      - Modi huc referuntur
        1. Quæ quidem ſub eodem genere continentur, ſed alterum ſub altero non collocatum, ut: Scientia & color.
        2. Quæ ita collocantur ſub eodem genere, ut ſint membra ejusdem diviſionis factæ per oppoſitas differentias, quæ recte forma ſpecifica differre dicentur.
        3. Illa, quæ habent aliquam contrarietatem ſua eſſentia, etiamſi ſub eodem genere non collocantur, ut: Equus & Geometria.
        4. Illa, quæ primò & per ſe contraria dicuntur.

**E. Conjunctum eſt vel**

- **Perfectum, ratione**
  - **Eſſentiæ eſt vel**
    - **Univerſale**: Quod natura ſua aptũ eſt eſſe in multis. Forma ergò univerſalitatis eſt in aptitudine Eſſendi in pluribus.
    - **Particulare**: Seu ſingulare eſt, quod multis eſt incommunicabile, & ab aliis eſt numeratione diſtinctum. In particularibus univerſalia exiſtunt. Univerſale enim ſeparatim ſeu ſeorſim non exiſtit exiſtentia reali.
  - **Dependentiæ eſt**
    - **Neceſſarium**
      - **Quid?** Neceſſarium eſt, quod non poteſt non eſſe.
      - **Quotuplex?**
        - **Independẽs**: Eſt, quod ab omni cauſa liberum eſt, nec refertur aliò, quale ſolus eſt DEUS. DEUS enim à nullo dependet.
        - **Dependens**: Quod ab alio dependet. Qualia ſunt omnes creaturæ & de hiſce conceptæ propoſitiones, quæ naturam ſequuntur.
    - **Contingens**: Eſt, quod poteſt non eſſe. Et hoc vel inprimis à noſtra voluntate dependet, in qua poſitum eſt hoc facere, vel non facere.
- **Imperfectum eſt ratione**
  - **Eſſentiæ**
    - **Actus**
      - **Quid?** Actus eſt Ens, quod habet exiſtentiam ſeu quod habet perfectam & determinatam naturam.
      - **Quotuplex?**
        - **Perfectus eſt**
          - **Primus**: Primus eſt ipſa eſſentia & forma, Qualis eſt anima in homine. Hæc enim eſt ipſius actus, quia homo eſt.
          - **Secundus**: Secundus eſt operatio à forma proficiſcens. Sic omnes operationes, quæ ab anima proficiſcuntur, ut eſt Viſio, Contemplatio, Nutritio ſunt actus ſecundi, Facillimè inhiberi poſſunt & ſuſpẽdi, quo ſublato non ſtatim tollitur actus primus.
        - **Imperfectus**: Eſt progreſſio ad ipſã formã.
    - **Potentia**
      - **Quid?** Ens potẽtia eſt cujus nõdum eſt definita & perfecta natura.
      - **Quotuplex**
        - **Propinqua**: Eſt, quæ in diſpoſitione immediata ad actum, id eſt, ut non opus ſit quicquam intervenire, quæ neceſſe ſit moveri prius, quã actus ille ſubſequatur.
        - **Remota**
          - **Quid?** Quæ multa habet intermedia, quæ prius moveri oportet, quàm actus ſubſequatur.
          - **Quotuplex?**
            - **Paſſiva**: Eſt ratione cujus patitur aliquod ſubjectum: aliâs dicitur hæc δύναμις ἀντιφατική, id eſt, potentia cõtradictionis, quia propter eã res eſſe poſſunt, vel nõ eſſe.
            - **Activa**: Eſt ratione cujus aliquid agitur, Sic vinum potentia calefacit, aqua humectat.
  - **Dependentiæ. F.**

**F. Depēdentiæ, ut:**

- **Prius**
  - **Quid?** Prius eſt, quod poſterius præcedit. Sic DEUS prior eſt omni creatura.
  - **Modi**
    1. Tempore: Sic Materia eſt prior tempore ipſa forma.
    2. Prius eſſe dicitur, à quo non ducitur alterius eſſe conſecutio. Sic unum natura prius eſt duobus. Poſito n. uno non ponuntur ſtatim duo, ſed poſitis duobus unum poni neceſſe eſt.
    3. Prius dicitur ordine. Sic Inventio prior eſt diſpoſitione. Sic in oratione Rhetorica, Exordium prius eſt Confirmatione.
    4. Prius dicitur honore & præſtantia. Sic in Ethicis prior eſt Beatitudo cæteris.
    5. Natura prius eſt, quando quædam ex ſolo reſpectu mutuo inter ſe dicuntur, priora & poſteriora, ſicuti cauſa dicitur prior effecto, cùm alias ſint ſimul.
- **Poſterius. Huc pertinet SIMUL**
  1. Tempore ſimul? Sunt quæ ſunt in eodem tempore.
  2. Natura ſimul? Sunt, quæ ſunt reciproca ſeu convertibilia inter ſe, quorum neutrum eſt cauſa alterius.

**G. Intentionale Ens.**

- **Quid?** Ens intentionale eſt, quod in mundo, operatione intellectus ceſſante, nihil eſt poſitivum. Vel eſt, quod nullum habet eſſe niſi ab operatione mentis. Reale eſt extra mentem, Intentionale in mente. Sicut enim in ſpeculo ea, quæ videntur, non ſunt, ſed eorum ſpecies, Res autem ipſæ ſunt extra ſpeculum: Ita quæ intelligimus, ſunt extra nos, ſpecies autem illorum in nobis.
- **Quotuplex?**
  - **Verum** — Ens rationis verum eſt, cujus ens ita pendet ab operatione intellectus, ut nihilominus de Entibus realibus dici poſſit, ut ſunt: notiones Subjecti & prædicati, Generis & Speciei. Hæ enim verè dici poſſunt & prædicari de animali & homine, & cœteris.
  - **Fictum** — Ens rationis fictum eſt, cujus Eſſe ita pendet ab oratione intellectus, ut de nullo ente reali dici poſſit, quale ens eſt Chymæra, hypocentaurus, furiæ infernales, & cœtera Poëtarum plæraque figmenta.

- H. Specialis agit de
  - Subſtantia
    - Quid? — Subſtantia eſt Ens per ſe ſubſiſtens. Hinc dicitur ἀυτοπόστατον primum & primarium Ens dicitur, quia primo exiſtit. Accidens v. ἑτεροπόστατον ſecundum & ſecundarium; quia per ſubſtantiam exiſtit ſeu ſubjecti tantum beneficio exiſtit.
    - Quotuplex?
      - Increata — Eſt ſolus DEUS, qui à nullo eſt, ſed à ſeipſo, qui ſolus eſt cauſa ſine cauſa, Ens absq; Ente. Sed de hujus Eſſentia & voluntate conſule pulpita Theologorum.
      - Creata
        - Spiritualis
          - Quid? — Subſtantia creata ſpiritualis eſt, quæ materia formaq; corporea eſſentialiter non eſt conſtituta.
          - Quot? — Angeli. Animæ.
        - Corporea
          - Quid? — Subſtantia creata corporea eſt, quæ mole conſtat corporea ceu corpore.
          - Quotuplex
            - Simplex — Eſt materia & forma, quarum utraq; corporea eſt, quia ex componentibus incorporeis, non poteſt compoſitum provenire corporeum.
            - Compoſita
              - Quid? — Eſt, quæ ex materia & forma inter ſe unitis cōſtat, ut: Elementa, Mineralia, Animalia.
              - Quotuplex?
                - Prima — Subſtantia illa eſt, quæ neque de ſubjecto dicitur, neq; in ſubjecto ullo ineſt. Seu, Eſt nihil aliud quam Individuum ſeu res ſingularis.
                - Secunda — Secundæ ſubſtantiæ nihil ſunt aliud quā genera & ſpecies, ſub quib. ſunt primæ.
  - Accidente. I.

**I. Accidēs**

- **Quid?** Accidens eſt, quod non per ſe, ſed vi ſuæ ſubſtantiæ ſubſiſtit, Hinc dicitur: nullum accidens eſt ſine certa ſubſtantia. Item: Omne accidens fluit à certa quadam ſubſtantia.
- **Quotuplex?**
  - **Abſolutum**
    - **Quid?** Abſolutum accidens eſt, quod in ſe ſimpliciter conſideratur.
    - **Conſideratur vero vel—**
      - **Materiā Rei, ut Quantitas —**
        - **Quid?** Quantitas eſt, ſecundum quā res dicuntur quantæ.
        - **Quotuplex**
          - **Cōtinua** — Continua Quantitas, cujus partes ſimul ſunt, vel cujꝰ partes communi termino conjunctæ ſunt & cohærēt
          - **Diſcreta** — Diſcreta eſt, cujus diviſa habentur. Vel eſt, cujus partes nullo communi cohærent vinculo, ſed ſunt veluti interpunctæ & ſejunctæ ſic, ut quælibet per ſe ſeparata ſit & intelligatur.
      - **Formam, Qualitas**
        - **Quid?** Qualitas eſt ſecundum quam res dicuntur quales.
        - **Quotuplex?**
          - **Potentia**
            - **Congenita** — Potentia naturalis eſt vis inſita à natura, qua res ad aliquid facile agendum & patiendū aptæ ſunt. Impotentia naturalis eſt, qua res à natura ad aliquid difficulter, vel planè non agendū aut patiendum apta eſt.
            - **Acquiſita eſt** — Perfecta, eſt habitus. Imperfecta, ut: διάθεσις initium ſeu via ad habitum.
          - **Actu**
            - **Interna —** Qualitas Interna ſunt paſſibiles qualitates, ut: ſenſuum objecta.
            - **Externa —** Eſt figura ob quam res dicitur qualis.
  - **Reſpectivum. K.**

**K. Reſpectivũ Accidens**

- Quid? Reſpectivum Accidens eſt, quod conſideratur cum reſpectu ad aliud.
- Quotuplex?
  - Internum, ut Relatum.
  - Externum, dependet, vel
    - A Subjecto, ut:
      - Actio: Eſt applicatio agentis ad patiens, vel eſt accidens, ſecundum quod agere dicitur.
      - Paſſio: Eſt receptio actionis in patiente, vel eſt accidens, ſecundum quod aliquid pati dicitur. Hinc: in omnĩ actione agens eſſe debet & patiens. Omne agens in agendo repatitur.
    - 2. Adhæret Subjecto, reſpicit vel
      - Differentiã temporis, ut Quando: Quando? Eſt cuilibet rei finitæ attribuendum. Sine tempore enim res creatæ eſſe non poſſunt.
      - Differentiã Loci. Ubi?: Ubi? Eſt circumſtantia omnibus Entibus præter DEUM. Quicquid ergò finitum id in loco eſt; Et quidem non niſi in uno. Corpus enim unum, per naturam non poteſt eſſe in duobus locis ſimul. Res n. finita poſita in diverſis locis ſimul, non eſſet una ſed multæ. Quod per naturã impoſſibile eſt
      - Ordinẽ Partiũ, ut Sit9.: Situs eſt habere partes taliter & taliter poſitas, qui ſitus idcirco conſiderand9 eſt, ut monet. Quia hæc circumſtantia ſemper corpora comitatur & interdum obſervatio neceſſaria eſt, quo partes ſpectent.
      - Naturæ decorũ, ut Habitus.: Habitus hic non accipitur pro qualitate ut infra, ſed pro veſtitu, ut jam corpus veſtit non ut ſubſiſtit. Sic enim veſtis eſt Subſtãtia.

FINIS.

# SCELETON PHYSICÆ.

- **Phy-ſica.**
  - Quid?
  - Partes
    - Com-munis
      - Principia
        - Rerum, eaq;
          - Conſtitutionis
            - Materia.
            - Forma.
          - Transmutationis.
        - Cognitionis
          - Per ſe
            - Efficiens.
            - Finis.
          - Per accidens
            - Fortuna.
            - Caſus.
      - A. Affe-ctiones
        - Inter-næ
          - Motus
            - 1.
              - Naturalis.
              - Animalis.
            - 2.
              - Subſtantialis
                - Generatio.
                - Corruptio.
              - B. Accidentalis
                - Inhæret
                  - Quan-titate
                    - Augmen-tatio.
                    - Diminu-tio.
                  - Qualitate: alteratio
                - Adhæret: Motus localis.
          - C. Quies
            - Naturalis.
            - Violenta.
          - D. Infinitum.
            - Actu.
            - Potentia.
        - E. Exter-næ
          - Adhærent
            - Locus.
            - Vacuum.
          - F. Adſunt: Tempus
            - Naturale.
            - Artificiale.
    - Propria

- **Physica.**
  - **Quid?**
    - Eſt ſcientia corporum naturalium quatenus naturalis.
    - Objectum eſt corpus naturale. Natura a. eſt principium & cauſa motus & quietis in eo, in quo ineſt primò, per ſe, & non per accidens.
  - **Partes**
    - **Communis habet**
      - **Principia**
        - **Quid?** Sunt prima, à quib. res naturales vel ſunt, vel fiunt, vel cognoſcũtur.
        - **Quotuplicia**
          - **Rerũ, eaq;**
            - **Conſtitutionis —**
              - **Quid?** Sunt, quæ rem ipſam conſtituunt, tanquam partes eſſentiales.
              - **Quæ**
                - **Materia —** Eſt primum ſubjectũ unicuiq; ex quo generatur aliquid, tanquam ex eo, quod ineſt non ex accidente, & in quo, ſi quid corrũpitur, ad extremum abit.
                - **Forma** Eſt, quæ rei eſſentiam conſtituit.
            - **Transmutationis** Eſt privatio, quæ eſt abſentia ſeu carentia formæ in ſubjecto habili, ad formam illam, cujus eſt privatio, ſuſcipiendam.
          - **Cognitionis**
            - **Quid?** Sunt, quæ extra rem conſiſtunt ipſamq; movent, ſeu, quæ ad cognoſcendas res aditum patefaciunt.
            - **Quotuplicia**
              - **Per ſe, ut:**
                - **Efficiẽs** eſt cauſa à qua res naturalis fit. Eſtq;
                  - Principalis, ut: DEUS.
                  - Σύνεργον Natura.
                - **Finis** Eſt cauſa externa propter quam res naturalis fit.
              - **Per accidens**
                - **Fortuna** Eſt eorum, quæ conſilio & ἐκ προαιρέσεως ſuſcipiuntur.
                - **Caſ9** Eſt eorum quæ citra electionem ſuſcipiuntur.
      - **Affectiones**, vide A.
  - **Propria.**

- **A. Affectiones**
  - **Internæ**
    - **Motus**
      - Quid? Motus eſt actus ejus, quod poteſtate eſt, quà poteſtate eſt.
      - Quotuplex?
        - 1. **Naturalis**
          - Quid? Eſt, qui fit ab interno principio, nempe natura inclinante, & aptas res mobiles faciente ad eum motum ſuſcipiendum.
          - Quotuplex?
            - Violentus: Eſt, ad quem nihil confert natura mobilis.
            - Expers violentiæ: Eſt, cũ aliquid movetur ad motum alterius.
        - **Animalis.**
          - Quid? Eſt, qui fit ab anima in corpore animantis.
          - Quotuplex?
            - Voluntarius: Qui fit ex προαιρέσεως in hominib. ratione utentib.
            - Involũtarius: Qui fit ſine προαιρέσεως, ut in ſtultis & brutis.
        - 2. **Subſtantialis motus eſt**
          - **Generatio**
            - Quid? Generatio eſt motus à non eſſe ad eſſe, id eſt, qua acquiritur nova forma ſubſtantialis, ut: Ex ſemine naſcitur homo. Ex ovo pullus.
            - Quotuplex
              - Prima eſt
                - Simplex: Cũ forma ſubſtantialis acquiritur, amiſsâ priori.
                - κατά τι: Si accidentalis adum illã ſubſtantiã, quæ nõ eratproducitur
              - Secũda
                - Totalis: Cũ integrũ naſcitur Individ:
                - Partialis: Cum ejus pars quædam, ut in nutritione.
              - Tertia
                - Univoca: Eſt, cũ generans & generatũ ſuntejusdẽ ſpeciei, uti, cũ Equus Equũ, homo hominẽ gignit.
                - Æquivoca: Eſt, cũ generans & generatũ ſpecie diſcrepãt ut, cũ ex Equo crabrones, ex Aſino ſcarabæi, ex Leone apes, ex pulvere pulices naſcuntur.
          - **Corruptio**: Eſt motus ſeu mutatio, qua forma ſubſtantialis abjicitur, ut cum ignis in aërem, aër in aquam vertitur. Ut n. generatio eſt à nõ Ente ad Ens; Sic corruptio ab Ente ad Non Ens.
        - **Accidentalis B.**
    - **Quies. C.**
    - **Infinitum. D.**
  - **Externæ. E.**

**B. Accidentalis motus**

- **Inhæret, in**
  - **Quantitate**
    - **Augmentatio**
      - Quid? Eſt motus, quo major quantitas acquiritur.
      - Proprietates
        1. Res fit major ex aliqua extrinſecus accedente materia, quæ eſt nutrimentum extrinſecus aſſumtum, & intrinſecus ita præparatum, ut poſſit in rei ſubſtantiam converti.
        2. Id quod augetur, manet & conſervatur idem numero, ut eadem ſit caro, quæ antea minor, & poſtea major eſt facta.
        3. Non modò totum fiat majus, ſed unaquæq; ejus pars apta proportione augeſcat.
    - **Diminutio**
      - Quid? Eſt motus quo major quãtitas diminuitur.
      - Quotuplex?
        1. Incrementum cum naturalis calor plus quàm deperditum retribuit.
        2. Ακμὴ vigor ſeu ſtatus cum tantundem.
        3. Παρακμὴ, Decrementum cum minus.
  - **Qualitate, Alteratio**
    - Alteratio eſt motus ſecundum qualitatem, ſeu quo abjicitur & acquiritur qualitas quæpiam, manente ſubjecto: ut Aqua recipit frigus & calorem.
- **Adhæret Motus localis**
  - Quid? Eſt motus, quo ſubinde aliud ſpacium acquiritur in continente.
  - Quotuplex?
    - **Simplex**
      - Quid? Qui uniusmodi & ſibi ſimilis.
      - Quotuplex?
        - Circularis, Quid? — Eſt, qui perpetuo æqualẽ à centro diſtantiam retinet, quo motu cœlum circumvolvitur, eiq; maximè eſt naturalis
        - Rectus — Eſt, qui fit recta & vel in ſublimi à medio: vel deorſum & ad medium tendit: quo motu elementa moventur & res elementares.
    - **Compoſitus** — Compoſitus motus eſt, qui fit mixto ex utriſque modo, & hic competit mixtis corporibus, animalibus, nubibus, fluminibus, Hinc Ariſtoteles: Corporis ſimplicis ſimplex eſt motus, & motus ſimplex ſimplicis eſt corporis.

- **C. Quies**
  - Quid? — Eſt immobilitas ejus, quod moveri poteſt, qua poteſt. Vel, eſt privatio motus in eo, quod moveri poteſt.
  - Quotuplex?
    - Naturalis — Naturalis eſt, cujus principium eſt intrinſecum, ſive qua res in ſua forma & loco perdurat, & ad quam quietem naturali inclinatione fertur.
    - Violenta — Eſt, cujus principium eſt extrinſecum, quando nimirum corpus in alieno loco, externâ vi, detinetur, Sic in homine, qui vinculis detinetur, quies eſt violenta.

- **D. Infinitum**
  - Quid? — Eſt, cujus quantitatem accipientibus ſemper aliquid reſtat ſumendum, ſeu, quod quis dimetiens ſeu numerans ſemper aliquid invenit, quod metiendum & numerandum.
  - Quotuplex?
    - Actu — Infinitum actu cujus magnitudinem reipſa ſubſiſtentem nulla metitur circumſcriptio. Tale nullum eſt præter DEUM.
    - Potentia, eſt vel ἐκ
      - προσθέσεως — Ut quantitas diſcreta ſeu numerus, cui ſemper aliquid addi poteſt, quibuscunq; tandem ſit.
      - ἀφαιρέσεως — Ut quantitas continua, quæ in infinitas particulas ſecari poteſt. Hoc tamen infinitum ad actum nunquam producitur.

- **E. Externæ, quæ corpori naturali vel**
  - Adhærent
    - Locus
      - Quid? — Eſt illud totum ſpacium, quod occupatur à re locata, vel, eſt ſuperficies concava corporis continētis locatū. Dicitur res in loco circumſcriptivè, definitivè, repletivè.
      - Quotuplex?
        - 1.
          - Communis — Eſt, qui continet mediatè corpus aliquod, in quo continentur et alia, ut: Curia, forum.
          - Proprius — Eſt ſuperficies immediatè locatum continens, quæ neq; major neq; minor, ſed præciſè ſpatium eſt, qui à re locata occupatur.
        - 2.
          - Naturalis — Eſt, in quo res ſecundum naturam quam appetit, ad quam tendit, in quo quieſcit & ſervatur, ita locus terræ naturalis medium totius univerſi eſt.
          - Violentus — Eſt, in quo res præter naturam ſuam quam averſatur, in quo male habet, quieſcit, ut ſi piſces in aëre ſint, avis in aqua.
    - Vacuū — Vacuū eſt locus, in quo corpus omninò nullum, nec craſſum, nec tenue, nec ſenſibus obvium, nec eosdem effugiens. Tale vacuum nullum eſt in natura.
  - **F.** Adſunt

- **F. Adſunt Temp9**
  - **Tempus**
    - **Quid?**
      - Tempus eſt numerus motus ſecundum prius & poſterius. Seu ut alii, eſt rerum duratio, præſens præterita & futura.
    - **Quotuplex?**
      - **1. Diviſio**
        - Præſens quod jam eſt, & dicitur inſtans
          - Inſtans, ſeu præſens temporis punctum, eſt terminus copulans partes præteriti & futuri temporis, ita quidem, ut hujus initium ſit illius finis.
        - Præteritum, quod abiit.
        - Futurum, quod ſequetur.
      - **2. Diviſio**
        - Naturale
          - Tempus Naturale eſt, cujus menſura corporum cœleſtium converſio eſt, ut dies, menſes, anni.
        - Artificiale
          - Quod à DEO & hominibus διαταξίας ergò inſtitutum eſt, ut: Calendæ, Paſchæ, Pentecoſte.
  - **Quæſtiones**
    - **1. Quid differt Motus Regularis & Irregularis**
      - Regularis
        - Regularis, qui ſibi perpetuo ſimilis, æquali tempore æquale ſpacium conficit, ut: motus primi mobilis.
      - Irregularis
        - Qui æquali tempore inæqualia deſcribit ſpacia, ut: planetarum, animalium, lapidis motus.
    - **2. Eſtne aliquis primus Motor, de quo cœtera dependent omnia? ℞. Ariſtotel. 8. Phyſ. c. 5. aff. duabus rationibus**
      - 1. Ratio
        - Ordinata non exiſtunt caſu.
        - In mundo ordinata omnia.
        - E. Mundus non eſt caſu, ſed à DEO, qui hoc loco primus motor.
      - 2. Ratio
        - Proceſſus in moventibus & motis non extenditur in infinitum. E. tandem ad primum motorem deveniendum.

FINIS.

# COSMOPOEIA, HOC EST, DOCTRINA DE MUNDO.

- **Coſmopœia**
  - **Quid?** — Eſt pars Phyſicæ, quæ mundi fabricam & σύστημα universè proponit & exponit.
  - **Objectum Mundus**
    - **Quid?** — Mundus latinis à mundiciè nomen accepit, κόσμος Græcè ab ornatu & ordine, propter omnium inter ſe εὐταξίαν, φιλίαν, κοινωνίαν. Eſt autem Mundus ſtructura & ædificium ante annos 5578. ex nihilo, ſolò verbo conditum, continens cœlum, ſtellas, Elementa & corpora, quæ ex Elementorum mixtione oriuntur, optimo ordine collocata & diſtributa, ut ſit diſtributio creaturarum rationalium, & teſtamentum immenſæ ſapientiæ, potentiæ, & bonitatis DEI, hoc modo ſe primum patefacientis præcipuè cum creatura rationali:
    - **Partes**
      - **Eſſentiales**
        - **Materia**
          - **Conſtituendi** — Eſt nihil Gen. 1. Quædam tamen è nihilo facta immediatè, quædam mediatè, ut: homo & reliqua animantia.
          - **Conſtituti** — Sunt omnia corpora naturalia non atomi, Neq; Materia ſive Chaos illud cum DEO æternũ.
        - **Forma** — Eſt mirabilis & perfectiſſimus ordo quo res conditæ omnes inter ſe ſunt connexæ & diſtinctæ, ita ut nihil ſupra.
          - κόσμος ἡ. σύστημα ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ τῶν ἐν τούτοις περιεχομένων φύσεων, id eſt, eſt compages ex cœlo & terra & naturis, quæ his comprehenduntur.
      - **Accidentales cõſiſtunt in**
        - **Quantitate**
          - **Diſcreta** an Mundus ſit Unus? ℞. Affir.
            1. Sacra Scriptura teſtatur, hoc mũdo condito, DEUM ab omni opere creationis ceſſaſſe, nec præterea quicquam aliud creaſſe.
            2. Unus eſt DEI filius, qui ſemel mortuus & reſuſcitatus in hoc noſtro mundo, ſed alibi minimè.
            3. DEUS & Natura nihil agunt fruſtra. Cum enim uno mundo comprehendere potuerit omnia, quid opus pluribus.
            4. Unus primus motor, igitur & unus mundus.
          - **Continua**, vide A.
        - **Figura**, vide B.

A. Continua Quantitas, Eſt ratione

- Eſſentiæ, ut:
  - 1. An mundus ſit animatus ſive animal.? ℞ Negat: ratio —
    1. Quia corpora, quæ reguntur uno ſpiritu, continua ſint oportet. Partes v. mundi ſaltem contiguæ.
    2. Quia anima eadem, quæ ſimplex, multas in partes diſtrahi non poteſt. Denique cum in mundo plurimæ qualitates ſint & actiones contrariæ perquam abſurdum fuerit ad eandem animam velle referre.
  - 2. An mundus ſit finitus? ℞ Aff.
    1. S. Scriptura cœlum & terram mundi terminos effecit. E. finitus.
    2. DEUS unus immenſus & infinitus. Non itaque mundus.
    3. Cœlum, quæ mundi pars extima, finito tempore circumagitur, infinitum igitur non eſt, nec totus mundus.
    4. Omnis figura terminum habet. Cœlum eſt figura ſphærica: habet itaque terminum.
- Exiſtentiæ ſive durationis —
  - An mundus æternus ſit? ℞ Neg.
    1. Quia æternitas unius DEI propria Eſaiæ 44.
    2. S. Scriptura docet mundum à DEO conditum ante annos 5578. & quidem menſe Thiſei ut multis videtur, cui September noſter reſpondet. Alii tamen in Vere mundum eſſe factum autumant, quorum ſententia verior eſſe videtur.

       Verſus in quibus opera ſex dierum.

       *Prima Chaos lucemq; dies dedit, altera cœlum,*
       *Tertia ſecernit terris mare: quarta coruſcis*
       *Inſignit cœlum ſtellis: dat quinta volucres*
       *Et piſces: dat ſexta animalia: ſeptima ceſſat.*
    3. Mundus deficit & ſeneſcit & in mundo homines.
    4. Si Mundus æternus non tam multa in Aſtronomicis & aliis artibus neſcirentur.

B. Figura Mundi eſt globoſa, quod

Probatur

1. Quia rotunda figura terris attribuitur, Eſaiæ. 40. & omnium conſenſu Orbis vocatur.

2. Rotunda eſt, ſecundum longitudinem & latitudinem, quod in ſphæricis docetur.

3. Si terræ figura detur alia, plurima dentur abſurda, de quibus ibidem. Sed huic figuræ videtur altitudo & vallerum profunditas obſtare. Verum montes inſtar pulviſculæ ſe habent, nec impediunt quo minus ſit rotunda.

Quæritur

An montes diluvium anteceſſerint, an verò aquarum cum eluvione terra paſſim erueretur, cœperint? ℞.

Montes in ipſa creatione facti. Nam Pſal. 90. & 104. montes cum reliquis mundi partib. initio conditi ſcribuntur. Et Geneſ. 7. refert Moyſes aquas diluvii quovis monte quindecim cubitis altiores fuiſſe.

Quæ mundi partes dextræ aut ſiniſtræ? ℞.

Illæ verò aliis ſunt aliæ.

Augures & Theologi ſpectant ortum.

Aſtronomi Meridiem.

Geometræ Septentrionem.

Poëtæ Occaſum.

Ex quibus facilè intellectu, quæ mundi partes dextræ quæ ſiniſtræ.

FINIS.



Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id366723723/163 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft

# SCELETON STICHIOLOGIÆ.

- Stichiologia
  - Quid?
  - Partes
    - A. Elementa conſiderātur in
      - Genere
        1. Quot ſint?
        2. Proprietates Elementorum.
        3. Figura.
        4. Motus.
        5. Forma.
      - Specie
        - Levia
          - Ignis.
          - Aër.
        - Gravia
          - Aqua
            - Mare.
            - Fons.
          - Terra.
    - B. Qualitates
      - Manifeſtæ
        - Primæ
          - Activæ
            - Calor.
            - Frigus.
          - Paſſivæ
            - Humiditas.
            - Siccitas.
        - Secundæ.
      - Occultæ
        - συμπάθεια.
        - ἀντιπάθεια.

**Στοιχειολογία**

- Quid? Eſt pars Phyſicæ, quæ de Elementis, & qualitatibus, illarumq; actionib. agit.
- Partes
  - Elementa
    - Quid? Elementum eſt corpus, ex quo mixtum componitur, tamq; ex parte ſimplici ſeu minima, quæ non poteſt dividi in diverſarum ſpecierum corpora.
    - Quot? Conſiderantur a. in
      - Genere
        - 1. Quot ſint 4.
          - Ignis.
          - Aër.
          - Aqua.
          - Terra.
        - 2. Proprietates Elementorum.
          1. Omnia Elementa, quæ nobis ſunt uſui, ſunt impura, & omninò non ſimplicia, & ideò ad alendū, procreandum, generandum, magis idonea.
          2. Semper mutantur & ex ſe mutuo fiunt, & generantur, quia inter ſe invicem ſunt contraria.
          3. Tota non transmutantur, (aliàs ſequeretur eorum deſtructio) ſed tantum ſecundum partes ſuas, tùm inter ſe invicem tùm in compoſitis ſpeciebus.
        - Figura
          - Eſt rotunda ſive ſphærica, quia:
          1. Cœlo enim quod rotundum ambitu continentur.
          2. Æquè abſunt à centro circumcirca.
          3. Quæcunque ſunt, unum ſunt. (Licet interdum partes disjectæ formam vaſis ſeu Subjecti induant.)
        - Motus
          - Motus eorum naturalis eſt, vel à medio, ut ignis & aëris, vel ad medium, ut aquæ, terræ.
        - Formæ
          - 1. An qualitates ſint? N.
            - Qualitates alibi ſunt accidentia. Binæ ſint in ſingulis Elementis, recipiunt Magis & Minus.
          - An ſingulæ qualitates in ſingulis, an binæ? R.
            - Binas ineſſe oportet, ut omnia mutuo agant & patiantur. Si enim ignis tantùm calidus, aër tantum humidus, aqua frigida, terra ſicca, duo ſaltem cum duobus pugnabunt & in illa agent.
      - Specie. A.
  - Qualitates. A.

- **A. Species vel ſunt**
  - **Levia**
    - **Ignis**
      - Quid? Ignis eſt elementum leve, calidiſſimum, ſicciſſimum, omnium ſupremum, atq; adeò orbi Lunæ proximum.
      - Proprietates: differt ignis ſuperior & inferior
        1. Noſter impurus, ille puriſſimus.
        2. Effectu, noſter deſtruit omnia, ille rerum generationibus ſervit.
        3. Noſter lucidus, ille pellucidus.
        4. Noſter qui craſſior urit, ille non.
    - **Aër**
      - Quid? Eſt elementum leve, humidiſſimum, calidiſſimum, proximum ab igne locum occupans, omnemq; locum complens, nullo alio corpore repleto.
      - Regiones
        - Suprema, Igni contigua, quam calidam eſſe ferunt.
        - Media: Quæ propter ἀντιπερίστασιν & vapores quos recipit, ſemper frigida, præſertim cũ ea radii Solis reflexi nõ recurrere poſſint.
        - Infima Solis receſſu & acceſſu temperata.
  - **Gravia**
    - **Aqua**
      - Quid? Eſt elementum grave, frigidiſſimum, moderatè humidum, terram undiq; ambiens & interluens.
      - Partes
        - Mare: Eſt aquarum omnium, quæ ſub cœlo ſunt, receptaculum & congregatio.
        - Fons
          - Quid? Fons eſt aquarum ſcaturigo, vel eſt caverna, in quam aqua primo concurrit, tandẽ verò profluit & prorumpit.
          - Quotuplex?
            - Frigidus: Frigidus eſt, cujus aquæ frigus naturale nivium, marmorum & metallorum rigore augetur.
            - Calidus ſive Thermæ: Thermæ ſunt aquæ ferventes, è terrâ bitumine & ſulphure ardente erumpẽtes.
    - **Terra**
      - Quid? Eſt Elemẽtum graviſſimum, ſummè ſiccum, moderatè frigidum.
      - Partes
        - Aſia.
        - Africa.
        - Europa.
        - America.

**B. Qualitates**

- Quid? Sunt affectiones corporum naturalium, quæ, qualia ſint, oſtendunt.
- Quotuplices
  - Manifeſtæ
    - Quid? Sunt, quæ facilè & evidenter obſervantur, quarumq́; in effectu ratio aliqua addi poteſt.
    - Quotuplices
      - Primæ
        - Quid? Sunt, quæ primo elementis inſunt, & aliquarum qualitatum manifeſtarum cauſſæ ſunt.
        - Quotuplices
          - Activæ
            - Quid? ἐνεργητικαὶ ſunt, quæ in Elementis & in mixti generatione vi agendi ſunt præditæ.
            - Quæ —
              - Calor: Eſt qualitas activa congregans homogenea, ſegregãs heterogenea.
              - Frigꝰ: Eſt qualitas activa homogenea pariter ac heterogenea congregans.
          - Paſſivæ
            - Quid? Sunt, quæ in mixtione tantum patiuntur.
            - Quæ
              - Humiditas: Eſt qualitas paſſiva, quæ propriis terminis difficulter; alienis verò facilius continetur.
              - Siccitas — Eſt, quæ proprio termino facilè continetur, difficulter alieno.
      - Secundæ
        - Quid? Sũt quæ ex primarum mixtione profluunt, & ſunt illarum ſoboles.
        - Percipiuntur
          - Tactu: Denſitas: Gravitas.
          - Viſu: Lux.
          - Auditu: Sonus.
          - Guſtu: Sapor.
          - Olfactu: Odor.
  - Occultæ
    - Quid? Sunt abſconditæ quædam facultates, quibus res naturales agunt & patiuntur aliquid, cujus ratio ex aliis qualitatibus reddi non poteſt.
    - Quotuplices
      - συμπαθητικαὶ, Quid? Συμπάθεια eſt naturalis quædam amicitia inter res naturales, ex peculiari & occultâ affectione orta, quæ facit, ut eæ ſeſe invicem amplectantur.
      - ἀντιπαθητικαὶ, Quid? Ἀντιπάθεια eſt naturalis quædã inimicitia & diſcordia inter res ex peculiari & nos latente affectione orta, quæ facit, ut quædam ſeſe averſentur & refugiant.

# SCELETON METEOROLOGIÆ.

- **Meteorologia ex**
  - Quid?
  - Partes
    - Generalis proponit
      - Cauſas
        - Efficiens.
        - Materia.
          - Fumus.
          - Vapor.
        - Forma.
        - Finis.
      - Locum
    - Specialis fit ex exhalatione
      - Alterutra
        - Fumo ignitū
          - Simplex fit in aëris regione.
            - Suprema, eſtque
              - Conjunctū
                - Ignis perpendicularis.
                - Candela ardens.
              - A. Disjunctum
                - Capræ ſaltantes.
                - Scintillæ volantes.
            - B. Media
              - Stella cadens.
              - Lancea ardens.
            - C. Infima
              - Draco volans.
              - Ignis fatuus.
          - D. Compoſitum in regione.
            - Suprema: Cometa.
            - Media: Fulmen.
        - E. Vapore aqueū fit in
          - Media ex
            - Nubes huc
              - 1. Iris.
              - 2. Halo.
              - 3. Parelius.
              - 4. Paraſelene.
            - F. Ex nube Ortum
              - Liquidum Pluvia
                - Naturalis
                  - Imber.
                  - Nimbus
                - Prodigioſa.
              - Concretum
                - Nix.
                - Grando.
          - G. Infima.
            - Nebula
            - Ros.
      - H. Utraq;
        - Venti.
        - Terræ motus.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id366723723/168 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft

- **Quid?**
  - Meteorologia eſt pars Phyſicæ, quæ agit de Meteoris.
  - Meteorum eſt corpus imperfectè mixum, exhalatione vi ſtellarum & loci in aëre progenitum, ad ſalutem omnium viventium.
- **Partes**
  - **Generalis proponit**
    - **Cauſas ut:**
      - **Efficiens**
        - Hyperphyſica eſt Deus
        - Phyſica eſt Natura
          - Quæ calore tùm Solis tùm loci, tùm frigore imprimis loci, tanquam inſtrumento utitur.
      - **Materia eſt exhalatio, quæ**
        - **Fumus**
          - Fumus eſt exhalatio calida & ſicca aliquanto levior & ſubtilior ex terræ viſceribus extracta, & in aërem elevata.
        - **Vapor**
          - Vapor eſt exhalatio calida & humida ex aquis & locis humidis extracta & in aërem elevata.
      - **Forma**, Eſt cujusq; ſpeciei propria.
      - **Finis**
        - **Hyperphyſicus**
          - Eſt gloria DEI ejusq; potentiæ ſumma conteſtatio.
        - **Phyſicus**
          - Eſt ſalus animantium, plantarum: ſive futurorum eventuum, calamitatum & mutationum denunciatio.
    - **Locum:** Locus eſt totum aëris ſpatium à Luna ad terram.
  - **Specialis fit ex exhalatione vel**
    - **Alterutra eaq; ex**
      - **Fumo ignitum**
        - **Quid?** Ignitum Meteorum eſt exhalatio ex ſolo fumo genita, & in aëre accenſa.
        - **Quotuplex**
          - **Simplex**
            - **Quid?** Eſt Meteorum, cujus materia aliquando purior eſt & minus viſcoſa & copioſa.
            - **Fit in aëris regione**
              - **Suprema, Eſtq;**
                - **Conctum**
                  - **Quid?** Quod partes habet continuas.
                  - **Species**
                    - **Ignis perpēdicul:** Eſt meteorū ex fumo longo & arctius concreto genitū, quod æqualiter accenſum trabis ſpeciem repræſentat.
                    - **Candela ardens.** Eſt meteorū ex fumo cōtinuò rarò & in longū & latum diſtenſo, quod ſuperiore parte accenſū inſtar facis inflammatæ ardet.
                    - **Bolis** Eſt Meteorō ex fumo æqualiter craſſo, quod ſagittæ ardētis ab una parte in aliā tranſcurrētis figurā reddit.
                - **Disjunctū.** A.
              - **Media.** B.
              - **Infima.** C.
          - **Compoſitum.** D.
      - **E. Vapore**
    - **Utraq;** H.



Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id366723723/169 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

**A. Disjunctum.**
- Quid? Eſt, cujus partes ſunt quaſi diſperſæ ac disjunctæ.
- Species
  - Capræ ſaltantes — Sunt meteora ignita, quæ ex fumo disjuncto, in longum magis quàm in latum porrecto, & tandem incenſo genita, in morem caprarum ſaltare videntur.
  - Scintillæ volantes — Sunt meteora ignita, quæ ex fumo in multas minutasq; partes diſperſo tandemq; inflammato oriuntur.

**B. Media, ut:**
- Stella cadens — Eſt exhalatio, quæ frigore mediæ regionis vel nubis occurrentis accenſa, ita propellitur, ut longo tractu ſicut ſtella, cadere videatur.
- Lancea ardēs — Eſt meteoron non ignitum ex fumo oblongo benè compacto genitū, quod incenſum tandem deorſum velut jaculum fertur.

**C. Infima.**
- Draco volans — Eſt exhalatio multa, inæqualis, longa, quæ in anteriore parte, qua tenuior fumat & ſcintillas expuat, media denſa ſit, poſtrema inflexuoſa. Draconis volantis imaginem exprimit.
- Ignis fatuus — Eſt fax, quæ noctu in aëris infima regione ſumma motus varietate & inſtabilitate vagatur, & iter facientibus illudit. Huc Helena, Caſtor, Pollux. Ignis lambens quod hominum veſtimentis & equorum capillis ſine ulla læſione adhæreſcit.

**D. Compoſitum.**
- Quid? Eſt, cujus materia eſt impurior, craſſior, viſcoſior, copioſior.
- Fit in regione
  - Suprema Cometa.
    - Quid? — Cometa eſt meteoron ignitum ortum ex fumo viſcoſo, copioſo, arctè compacto, inq; aërem evecto ibidemq; inflammato. Deſignat ſterilitatem, annonæ caritatem, peſtem, bella, clades.
    - Quotuplex?
      - Crinitus — Eſt ex materia, quæ quoſdam radios tanquā crines undiquaq; emittit.
      - Barbatus — Eſt, qui appendicem deorſum inſtar barbæ habet.
  - Media Fulmē.
    - Quid? — Fulmen eſt meteoron ignitum ex exhalatione craſſiore magisq; viſcoſa, quæ in nube denſa intercepta & concluſa & per ἀντιπερίστασιν inflammata è nube tandem magno impetu excutitur, & deorſum decidit.
    - Fitque cum.
      - Sono ut: Tonitru, — Tonitru eſt ſonus, qui fit, quando exhalatio intra nubem concluſa ictu vehementi eam diſrumpit.
      - Lumine Fulgur — Eſt flammæ micatio orta ab exhalationibus adcenſis & è nube erumpentibus.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id366723723/170
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

**E. Vapore aqueum ✕**

- **Quid?** Aquea Meteora, quæ ex vapore à frigore concreta conſtant.
- **Fiunt in regione**
  - **Media, ut:**
    - **Nubes**
      - **Quid**: Nubes eſt vapor humidus, qui in media regione aëris unam in molem à frigore cogitur. Vel eſt multi vaporis concretio.
      - **Attributa**
        - **Diſtributio**
          - **Sterilis**: Eſt, quæ ob raritatem ſuam vel ventorum impulſu, vel calore Solis diſſipata, evaneſcit.
          - **Fœcunda** eſt, quæ in pluviam tandē reſolvitur
        - **Adjūcta ſunt picturæ vel**
          - **Formā habentes: ſunt vel**
            - **Lumine ſtellarum fiunt**
              - **Iris**: Eſt arcus varii coloris in nube rorida & cōcava à radiis luminariū refractis & ad viſum reflexis efformatus certo fine.
              - **Halo**: Eſt circulus Solem, Lunam, aliamvè majorem ſtellam ambiens, ex radiorum in nubibus refractione ortus.
              - **Pareliuſ**: Eſt imago Solis à latere ejus denſa in nube per radiorum Solis refractionem efformata.
              - **Paraſelene**: Eſt imago Lunæ, ex refractione radiorū luminarium in nube levi & humida efformata.
            - **Exhalatione inflammata fiunt**
              - **Chaſma**: Eſt hiatus ſeu vorago, quæ fit cum ex cœlo quaſi diſrupto ignis delabi videtur, adeoq; ſpeciem exhibet aperientis ſe & dehiſcentis cœli.
              - **Fovea**: Eſt imago in nube, quæ ob nubis denſitatem in medio, ob quā atra manet, profundi receſſus, ſpeciem oſtentat.
          - **Informes**: Sunt colores nubiū, ut: aurora &c. & ſunt albus color, qui ſignificat ſerenitatē. Niger deſignat tempeſtates. Rubeus veſperi promittit ſerenitatem: Mane tempeſtates. Viridis denotat pluvias.
    - **Ex Nube, F.**
  - **Infima. G.**

- **F. De Nube ortum eſt**
  - Liquidum Pluvia
    - Quid? Pluvia eſt Meteoron aqueum ortum è nube, quæ in aquas coacta guſtatim diſtillat ad terram irrigandam.
    - Quotuplex?
      - Naturalis
        - Quid? Eſt, cujus cauſæ certæ in natura reddi poſſunt & explicari.
        - Quotuplex
          - Imber: Eſt, quæ conſtat guttis denſioribus & plenioribus, minore cum impetu, delabentibus.
          - Nimb9: Eſt pluvia repentina & præceps, cujus guttæ majores ſunt & maximo cum impetu deferuntur.
      - Prodigioſa: Eſt, ſi præter naturam, lacte, ſanguine, carne pluit.
  - Concretum eſt
    - Mollius Nix? Eſt Meteoron aqueum ex nube condenſata ortum, quod inſtar lanæ Carminatæ, antequam in aquas reſolvatur, deſcendit.
    - Durius Grando? Eſt Meteoron aqueum ortum ex nube, ſeu pluvia in deſcenſu conſtricta & congelata frigore genitum.

- **C. Infima Regione**
  - Hæret in Aêre Nebula Quid? Eſt Meteoron aqueum, ortum ex vapore denſo in infima regione, frigore paulatim condenſatum, aêrem proximum obſcurans.
  - Decidit in terram
    - Ros: Ros eſt Meteoron aqueum, quod ex vapore ſubtili & humidiore quam calidiore propè terram, à frigore noctis temperato, oritur, ad plantas, quibus adhæret irrigandas & recreandas.
    - Pruina: Pruina eſt Meteoron aqueum è calore craſſiuſculo, qui ſubſidens nocturno frigore congelatur, ortum.

- **H. Utraque exhalatione ſunt**
  - **Venti**
    - **Quid?** Ventus eſt Meteoron ortum ex utraq; exhalatione calida, ſicca, mixta, quæ ſurſum aſcendens & à frigore mediæ regionis in aëre repulſa, laterabiliter movetur, & aërem obliquè agitat, ne putreſcat & torpeſcat.
    - **Quotuplices**
      - **Regulares**
        - **Quid?** Sunt, qui ex certa & definita mundi regione oriuntur.
        - **Quot?**
          - **Indefiniti**
            - **Quid?** Sunt qui non ſpirant ad certum temporis terminum.
            - **Quot?**
              - **Principes**
                - **Qui?** Sunt, qui à quatuor mundi partibus ſpirant vulgò Cardinales dicuntur.
                - **Quot**
                  - Subſolanus ab Ortu.
                  - Zephyrus ab Occaſu.
                  - Aquilo à Septentrione.
                  - Auſter à Meridie.
              - **Adjuncti** Sunt, qui ad latera Cardinalium tanquam ſocii adjungũtur.
          - **Stati Quid?** Stati venti ſunt, qui certis anni temporibus ſpirant, ut: Etheſiæ, Chelidoniæ.
      - **Erratici** Sunt venti, qui non ex mundi plaga oriuntur, ſed oberrare videntur, ut Ecnephias, Turbo, Preſter.
  - **Terræ motus**
    - **Quid?** Terræ motus eſt terræ agitatio & concuſſio, qui fit à fumis in ea concluſis, qui dum ſurſum enitentes quærunt exitum nec inveniunt, terram commovent & quatiunt.
    - **Attributa**
      - **Species**
        - **Tremor** Eſt agitatio terræ in latera, navigii more: unde ruina exſiſtit ædificiorũ.
        - **Pulſus** Eſt, quo ex imo terra concluditur & ſurſum deorſumq́; jactatur, ſpiritu recta aſcendere conante.
        - **Hiatus** Eſt, cum terra ingenti hiatu dehiſcit, & abſumtis oppidis aut ædificiis profunda apparet vorago.
      - **Duratio**
        - Continua, ſi ſine intermiſſione terra 40. dies concutitur.
        - Interpolata, quando non continuò quaſſatur.

FINIS.

# SCELETON METALLOGRAPHIÆ.

- Metallographia.
  - Quid?
  - Partes
    - Dura
      - Metalla, quorum conſideratio
        - Generalis habet
          - Cauſas
            - Externas
              - Efficiens
                - Calor.
                - Frigus.
              - Finis.
            - Internas
              - Materia
                - Sulphur.
                - Argentum vivum.
              - Forma.
          - Locum.
        - Specialis ſunt
          - Pura
            - Perfectiora
              - Aurum.
              - Argentum.
            - Imperfectiora
              - Plumbum.
              - Stannum.
          - Impura
            - Æs.
            - Ferrum.
      - lapides
        - Vulgares
          - Poroſi.
          - Solidi.
        - Precioſi
          - Pellucidi.
          - Non Pellucidi.
    - Mollia
      - Liquabilia
        - Sol.
        - Alumen.
        - Bitumen.
        - Vitriolum.
      - Non liquabilis
        - Creta.
        - Calx.

**Metallographia.**

- **Quid?** Metallographia eſt pars Phyſicæ, quæ agit de corporibus metallicis. Corpora Metallica ſunt corpora inanimata, quæ ex elementis, tanquam materia communi cū cœteris conſtant.
- **Quotuplicia ſunt corpora metallica?**
  - **Dura**
    - **Metalla**
      - **Quid?** Metalla ſunt corpora inanimata metallaria ex ſulphure & argento vivo inter ſeſe convenienter mixtis genita. Dicuntur à μεταλλᾶν ab inquirendo, effodiendo, quod multo labore in venis terræ inquirantur. Vel à μετὰ καὶ ἄλλον, quod una metalli vena propè aliam inveniatur, & altera mox, poſt aliam ſe offerat. Vel μέταλλα q. μετὰ ἄλλα γεγενημένα. Adnaſcuntur enim alia aliis, ut auro, argentum, & hoc plumbū.
      - **Partes**
        - **Generalis habet**
          - **Cauſas**
            - **Externas, ut ſunt**
              - **Efficiens**
                - **Calor**: Calor attenuat, coquit, temperat, & miſcet omnes materiæ partes.
                - **Frigus**: Frigus eaſdē attenuatas, coctas, temperatas, & q. mixtas inter ſe congelat & condenſat.
              - **Finis ſunt infiniti.**
            - **Internas**
              - **Materia**
                - **Sulphur**: Eſt materia metallaris ex ſubtiliore exhalatione pingui & unctuoſa, venis terræ incluſa conſtans.
                - **Argent. vivū**: Eſt materia metallaris conſtans ex vapore ſubtiliore aqueo, qui cum terra conglutinatur, & per calorem ſulphuris decoquitur.
              - **Forma** eſt unius, cujq; ſpeciei propria.
          - **Locum**: In quo generā tur, eſt terra.
        - **Specialis: Sunt**
          - **Pura**
            - **Quid?** Sunt, in quib. facta eſt concoctio & elaboratio exquiſitior.
            - **Quotuplicia**
              - **Perfectiora**
                - **Quid?** Sunt ex optima Materiæ metallicæ concoctione.
                - **Quæ**
                  - **Aurum**: Aurum, eſt metallum ſplendidiſſimum, nobiliſſimum factum ex claro argento vivo & ſulphure mūdiſſimo.
                  - **Argentum**: Argentum eſt metallū poſt aurum puriſſimū, ex argento vivo mundo, aliquantò albo & ſulphure mundo & albicante genitum.
              - **Imperfectiora. A.**
          - **Impura B.**
    - **C. Lapides.**
  - **Mollia. D.**

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id366723723/175 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

- **A. Imperfectiora.**
  - Quid? Sunt Metalla, quæ ex debiliori materiæ metallicæ concoctione conſtant.
  - Quæ?
    - Plumbum: Plumbum eſt metallum imperfectius ex plurimo & aliquantò craſſiore argento vivo & pauciore ſulphure genitum.
    - Stannum: Stannum eſt metallum imperfectius ex copioſo quidem, ſed non ita puro argento vivo, & ex ſulphure non benè concocto genitum.
- **B. Impura.**
  - Quid? Impura ſunt, quæ non ita exquiſitè, ſed q: ruditer ſunt cocta.
  - Quæ?
    - Æs: Æs eſt Metallum impurum ex argento vivo & ſulphure non ita mundo, ſed admodum craſſo, genitum.
    - Ferrum: Ferrum eſt Metallum impurum ex argento vivo immodico & impuro, atque ex ſulphure ſpiſſiore impuro, genitum.
- **C. Lapides**
  - Quid? Lapides ſunt corpora perfectè mixta, inanimata, dura ex glutinoſo humido aqueo & terreſtri ſeu ſicciore materia commixtis virtute minerali coagmentata in terra.
  - Quotuplices
    - Vulgares
      - Quid? Sunt, qui ex impuriore materia ſunt congelati.
      - Quotuplices
        - Poroſi: Sunt, qui ex materia non valde compacta conſtant, ideoq; partes admodum habent raras, ut ſunt pumex & Tophus.
        - Solidi: Sunt, qui partes habent denſiores magiſque compactas, ut: Marmor, ſilex, cos, ſaxum, Smiris.
    - Precioſi
      - Quid? Gemmæ ſunt lapides pretioſi cum materiæ ſubtilitate & elegantia ſpecioſi & viribus inſignes & nobiles.
      - Quotuplices
        - Pellucidæ gemmæ
          - Claræ, ut: Chryſtallus, adamas.
          - Minꝰ claræ: Smaragdus, Saphirꝰ.
        - Non pellucidæ
          - Coloratæ tantum
            - Unicolores, ut: Magnes, Corallium.
            - Varicolores, Turcois.
          - Coloratæ & lucentes ſimul
            - Fulgentes, Carbunculus.
            - Scintillantes, Rubinus.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id366723723/176
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

**D. Mollia**

- **Quid?** Mollia corpora metallica ſunt, quæ in minutiſſimas partes adeoq; in pulverem facilè redigi poſſunt.
- **Quotuplicia**
  - **Liquabilia ſunt ſucci concreti**
    - **Quid?** Succi concreti ſunt corpora perfectè mixta, quæ ex ſucco humido, & craſſo terreo pro cujusq; natura optimè mixtis generantur.
    - **Quot?**
      - **Sal**
        - **Quid?** Sal eſt corpus mixtum vel eſt ſuccus concretus ex humido aqueo & craſſo terreo calore mixtis & decoctis genitum.
        - **Quotuplex?**
          - **Naturalis** — Naturalis ſive Foſſilis eſt, qui in fodinis eruitur.
          - **Artificialis** — Artificialis ſive Coctus, qui, arte naturã imitante, ex aquis ſalſis admixta materia multa terreſtri excoquitur, & ad uſum hominum comparatur.
      - **Alumen** — Eſt ſuccus terræ ſalſus, qui ex terreo craſſo & humido concreſcit.
      - **Bitumen** — Eſt ſuccus terra pinguior, tenax, picis inſtar ardens.
      - **Vitriolum** — Eſt ſuccus perſpicuitatis vitreæ ex humorib. ſtillatim collatis concretꝰ.
  - **Non liquabilia, aliàs dicuntur terræ metallares**
    - **Quid?** Terræ metallares ſunt portiones terræ, quæ è locis maximè mineralibus effodiuntur.
    - **Quæ?**
      - Terra lemnia aliàs Sigillata.
      - Terra Armena.
      - Terra Samia.
      - Creta.
      - Calx.
      - Auripigmentum.

FINIS.

# SCELETON SOMATOLOGIÆ.

- Somatologia
  - Quid?
  - Partes
    - Continētes
      - Similares
        - Spermaticæ
          - Os
          - Membranæ.
        - Sanguineæ.
      - Diſſimilares ſunt
        - Involventes Cutis.
        - Involutæ
          - Caput
            - Capillatum
              - Cranium.
              - Cerebrum.
            - Caluaria.
            - C. Capillis carens
              - Anterior
                - Superior
                  - Frons
                  - Oculi
                - Inferior
                  - Naſus
                  - Os.
              - Lateralis
                - Tempora.
                - Aures.
          - B. Truncus hujus partes
            - Mediæ
              - Thorax
                - Pectus.
                - Mammæ
                - Scapulæ.
                - Cor.
                - Arteriæ.
              - Venter. C.
            - D. Externæ
              - Brachia.
              - Pedes.
    - E. Contētæ
      - Humores
        - Primogeniti.
        - Poſtgeniti
          - Chylus.
          - Chymus.
          - Pituita.
          - Sanguis.
      - F. Spiritus
        - Naturales.
        - Vitales.
        - Animales.

Somatologia.

Quid? Somatologia eſt pars ἀνθρωπολογίας, quæ agit de μικροκόσμῳ homine & corpore humano. Corpus humanum eſt pars hominis eſſentialis nimirum corporeum ac erectum animæ, ipſum animantis domicilium & organum.

Partes Corporis

Quid? Pars corporis humani eſt particula, ex qua componitur, & ſine qua totum vel benè eſſe nequit.

Quot? Continentes, eæque

Similares ſunt, quarũ partes retinent naturam totius, Suntque

Spermaticæ

Quid? Spermaticæ ſunt, quæ ex ſemine, tanquam materia propinqua, fiunt.

Quæ

1. Os. Eſt pars ſimilaris duriſſima, ſicciſſima, frigidiſſima à ſeminis craſſamento per exuſtionem genita ad totius ſtabilitatem & fulcrum. Huc ligamentũ, cartilago, fibræ pertinent.

Membrana. Eſt pars Spermatica frigida & ſicca, genita ex ſeminis parte vitioſa, vi caloris coacta, ut partes cingat ac muniat.

Sanguineæ

Sunt, quæ ex ſemine proximè fiunt, ut Caro eſt quæ fibrarum ſpacia vacua replet atque infarcit, robor addit partibus.

Diſſimilares ſunt, quæ in partes ſpecie differẽtes, dividũtur: Suntque

Involventes, ut cutis. Cutis eſt pars diſſimilaris genita ex ſemine, natura inter carnem & nervum media, nativi cujusdam veſtimenti ritu corpus univerſum ambiens.

Involutæ ſunt

Caput

Quid? Caput eſt ſumma corporis pars globoſa, collo ſuper impoſita.

Partes

Capillata, ut: Calvaria cuj9 partes

Continentes; Sunt muſculi capitis, craniũ, pericranium, Meninges.

Contentæ: Cerebrũ: Eſt pars capitis cõtenta nõ modò ſenſuũ ſedes & motuũ voluntariorũ opifex, * verũ & rationis, judicii & ſapientiæ domiciliũ in cranii cavitate à Meningibus circundatum.

A. Capillis carens.

Truncus. B.

Contentæ

**A. Capillis carens eſt facies, cujus pars**

- **Anterior: illaque eſt**
  - **Superior**
    - **Frons**: Frons eſt pars faciei, quæ ab oculo uſq; ad partem capillatam protenditur.
    - **Oculi**
      - **Quid?** Oculi ſunt organa viſus rotunda, pellucida in altiſsimo corporis loco ſub fronte in cavitatibus utrinq; ad nares exſculptis collocata.
      - **Partes**
        1. Conſtituentes: Tunicæ & humores.
        2. Operationem promoventes ſunt muſculi, nervi, arteriæ.
        3. Defendentes: glandulæ, adeps, palpebræ.
  - **Inferior**
    1. **Naſus**: Naſus eſt inſtrumentum olfactus, per quod portio attracti aëris odora, ceu caminum perflat, & per quod tandem ipſum cerebrum ſeſe expurgat.
    2. **Os**
       - **Quid?** Os eſt inſtrumentum loquelæ, recipiendo cibo, potui, inſpirationi, item & quorundam excrementorum expurgationi ſerviens, rimæ inſtar dividens.
       - **Partes ſunt**
         - **Oſseæ, ut:**
           - Maxilla.
           - **Dentes**: Dentes ſunt oſſa omnium duriſſima, nervis, venulis & arteriolis prædita, molliendis & præparandis ventriculo cibis inſtituta.
         - **Carneæ**: Labia, gingiva, palatum, lingua, uvula.
    3. **Mentum**: Eſt tota illa pars, quæ ab inferiore labro ad gulam uſque vel collum protenditur.
- **Lateralis, continet**
  - **Tempora**: Tempora ſunt ſpatium illud faciei ad utrumque latus poſitum in medio continens aures.
  - **Aures**: Sunt audiendi organa in excelſo capitis loco, ſed ad latera collocata variis coagmentata partibus miro artificio concinnata.

**B. Truncus** —
- Quid? Truncus eſt reliqua pars corporis capiti ſubjecta, comprehendens reliquarum facultatum organa & membra.
- Partes
  - Mediæ
    - Superior Thorax
      - Quid? Thorax eſt ſuperior pars trunci à claviculis ad Xyphoidem cartilaginem & diaphragma porrecta, continens præcipuè fontem caloris & reſpirationis organa.
      - Partes
        - Externæ ſunt
          - Anterior pectus
            - Quid? Pectus eſt pars thoracis anterior, quæ uſque ad foveam cordis protenditur.
            - Mām̄æ: Mammæ ſunt glanduloſa corpora in pectore venis arteriis & nervis intertexta, ad lactis generationem & munimentum deſtinata.
          - Poſterior: Eſt dorſum, ſcapulæ & ſpina dorſi.
        - Internæ —
          - Primariæ Cor
            - Quid? Cor eſt pars corporis princeps vitæ, arx ſpirituū vitalium & caloris vivifici ſedes, arteriarumq; principia.
            - Huc arteria: Arteria eſt vas rotundū, oblongum, fiſtulæ modo excavatum, duplici tunica, eaq; craſſiſsima cōſtans, deducendo vitali ſpiritui, nec non reficiendo & expurgendo cordis & ſingularum partiū calori à natura dicatum.
          - Secundariæ
            - Deferentes: Sunt vena arterialis, arteria venalis, aſpera arteria, pulmo.
            - Defendentes: Diaphragma, pleura, pericardion, coſtæ.
    - C. Inferior Venter.
  - Externæ. D.

**C. Inferior Venter**

- Quid? Venter eſt, quicquid à pectoris fine ſub diaphragmate uſque ad pudenda & ultimum inteſtinum eſt comprehenſum.
- Partes
  - Externæ
    - Cingentes: Maſculi abdominis peritonæum.
    - Fulcientes: Os lumborum, os ſacrum, os coccygis.
  - Internæ, ſerviunt
    - Generationi Suntq;
      - Commũes
        - Præparantes: Sunt, quæ materiã ſeminis præparant ut Venæ & arteriæ ſeminales.
        - Excoquẽtes: Sunt, quæ ſemẽ cõficiunt, ut: teſtes, qui corpora glãduloſa ſemini conficiendo à natura deſtinata.
      - Propriæ, quæ maris & fœminæ ſunt: Maris ſunt vaſa ſeminaria & virga. Fœminæ uterus eſt mẽbrum generationis fœmineum, membraneum, denſum, pyro majuſculo excavata in fundo ſimile, in coxarum capacitate inter veſicam & rectum inteſtinum collocatũ, materiæ generationis concipiendæ & fœtui formando geſtandoq; deſtinatũ.
    - Nutritioni
      - Concoctioni, vel
        - Primæ, ventriculus: Ventriculus eſt cibi potionisq; receptaculum, primæ coctionis officina.
        - Secũdæ Epar
          - Quid? Epar eſt pars princeps, inſtrumentum ſecundæ concoctionis, procreans maſſam ſanguineam una cum ſpiritu naturali, & utrumq; , in corpus univerſum, per venas diſtribuens.
          - Vena huc: Vena eſt pars alba, tenuis, intus excavata, unà conſtans tunica è triplici fibrarum genere contexta, corporis nutrimentũ vehens ac fundens
      - Expulſioni Excrementorum
        - Primæ concoctioni inſerviunt Inteſtina.
        - Secundæ: Lien, veſica fellea, renes ureteres, veſica urinaria.

**D. Extremæ trunci partes ſunt**

- Artus, crura, pedes.
- Brachia, Sunt pars illa, quæ à ſcapula ad ſummos uſque digitos protenditur.

- E. Contentæ
  - Humores
    - Quid? Humores ſunt corpora fluida ex primo ortu inexiſtentia vel demum ex nutrimento ſecundum naturam generata.
    - Quotuplices?
      - Primogeniti, ut humidum radicale — Humidum radicale eſt humor πρωτόγονος primogenitus, ex primis generationis principiis propagatus, perq́; omnium partium ſubſtantiam diffuſus, ipſius caloris nativi fundamentum & pabulum.
      - Poſtgeniti ſunt
        - Alimẽtarii:
          - Primi
            - Chyl9 — Eſt humor alimentarius albus, in vẽtriculo ab ipſius, propria vi χυλοποιητικῇ pro communi totius individui uſu ex cibis extra aſſumptis genitus, tandemq́; per pylorũ ad inteſtina eject9.
            - Chym9 — Eſt humor ſeu ſucc9 rubens ex Chylo per venas Meſaraicas ad Epar adducto, omnes humores, qui cum ſanguine inibi gignuntur, continens.
            - Pituitæ alimentoſæ — Eſt humor aliquo modo frigidus ex chyli parte mediocri in epate productus, proximè ad naturam ſanguinis, in quem levi elaboratione verti poteſt, accedens.
            - Sanguis — Eſt humor dulcis, ruber ex Chyli partib. temperatiorib. in epate à propria ejus ſubſtantia per calorẽ productus, diverſis conſtans partibus, ut unius cujusq; partis eſſet conveniens nutrimentũ.
          - zdarii: Ros, Glutẽ.
        - Non alimentarii inſerviunt
          - Generationi: Semen
            - Quid? Semen eſt humor ex ultimi alimẽti ſuperfluitate & ſpirituum oberrãtium cõmixtione vi teſtium pro ſpeciei ſucceſſiva propagatione generatus.
            - Quotuplex
              - Maſculinum.
              - Fœmininũ: Huc ſanguis menſtruus.
          - Nutritioni: Flava bilis, Atra bilis, Serum.
  - Spiritus. E.

- **F. Spiritus**
  - **Quid?** Eſt pars corporis contenta vaporoſa, animæ domicilium, primumq; obeundæ actionis inſtrumentum.
  - **Quotuplex?**
    - **Inſitus** — Πνεῦμα σύμφυτον eſt corpus vaporoſum ex primis generationis principiis genitum, per omnes partes ſolidas diffuſum, ut ſit animæ in iisdem ſecundum diſtinctas facultates organum.
    - **Influẽs**
      - **Quid?** Πνεῦμα ἐπίῤῥυτον eſt corpus vaporoſum, quod quotidiè propter continuam diſſipationem in corpore generatum membris affluit, & accedit, inſitumq; illum ad actiones obeundas excitat & conſervat.
      - **Quotuplex?**
        - **Naturalis** — Naturalis eſt ſpiritus influens, & benigniore ſanguinis parte in epate conformatus, per venas unà cum ſanguine ad ſingulas partes corporis diffuſus, ut inde partes foveantur.
        - **Vitalis** — Vitalis eſt ſpiritus influens, tenuior ex ſpiritu naturali influente, in corde genitus, & inde per arterias in totum corpus diffuſus, ut partes ejus exinde foveantur.
        - **Animalis** — Animalis eſt ſpiritus influens, ex ſpiritu vitali in finibus cerebri confectus, ut ſit animæ ſentientis & moventis inſtrumentum.

**FINIS.**

# SCELETON PSYCHOLOGIÆ.

- **Pſychologia**
  - Quid?
  - Partes Anima eſt
    - Mortalis
      - Vegetativa Facultas
        - Procreatrix
          - Generatio.
          - Partus.
        - Cōſervatrix
          - Nutrix.
          - Auctrix.
      - A. Senſitiva Senſus
        - Externi ſentiunt ſenſilia
          - Admota, ut:
            - Tactus.
            - Guſtus.
          - Remota, ut:
            - Nobiliores
              - Viſus.
              - Auditus.
            - Ignobilior Olfactus.
        - B. Interni ſunt
          - Cognoſcentes
            - Senſus Communis
              - Vigilia.
              - Somnus,
              - Somniū.
            - Phantaſia.
          - Conſervantes: Memoria.
      - C. Appetitiva
      - D. Locomotiva.
    - E. Rationalis
      - Ratio
        - Intellectus
          - Simplex.
          - Compoſitus.
        - Voluntas.
      - Oratio.

**Pſychologia.**

- **Quid?** ψυχολογία, eſt ſecũda pars ἀνθρωπολογίας, quæ agit de anima. Anima a. ψυχή ἐστι ἐντελέχεια ἡ πρώτη τοῦ σώματος φυσικοῦ ὀργανικοῦ ζωὴν ἔχοντος δυνάμει. Anima eſt pars hominis eſſentialis, ſpiritualis, humano corpori animando deſtinata, eique in unam ὑπόστασιν unita, ſuis facultatibus actiones per illud edens.
- **Quotuplex eſt anima?**
  - **Mortalis**
    - **Vegetativa**
      - Quid? Vegetativa eſt actus corporis Phyſici, quo illud naturales vitæ actiones edit.
      - Huc pertinẽt facultates: Facultas eſt vis animæ, & aptitudo agẽdi: Eſtque
        - **Princeps**
          - **Procreatrix** —
            - Quid? Procreatrix eſt facultas animæ princeps ex ſemine & ſanguine menſtruo novam ſubſtantiam effingens ad perpetuam ſpecierum conſervatioem.
            - Conſiſtit in ſpeciei
              - Generatione, quæ perficitur
                - Concipiendo: Cõceptio eſt, qua ſeminũ procreantium per congreſſum, utero attractorũ & conceptorũ δύναμις γεννητική excitatur.
                - Formando: Formatio eſt, qua embryo in utero integer formatur, & partibus omnibus perficitur.
              - Partu: Partus eſt, quo jam fœtus formatus & informatus, ruptis uteri vinculis, juſto tẽpore aperta matrice in lucem foràs emittitur.
          - **Conſervatrix**
            - Nutrix: Nutrix eſt facultas, quæ adjectum alimentũ in corporis ſubſtantiam convertit. Fitq; per nutritionem. Nutritio eſt converſio nutrimenti in ſubſtantiam corporis animati aſſumẽtis illud, profecta ab anima vegetativa ope caloris & cujusq; partis vi ſpecifica, ut fiat inſtauratio in eo, quod abſumi cœpit.
            - Auctrix: Auctrix eſt facultas conſervatrix, qua totum corpus ex aſſimilato alimento nutritum, 2dum omnes dimenſiones ad juſtam quantitatem extenditur. Fitquè per Accretionem.
        - **Miniſtra facultas**
          - Quæ: Attractrix, Retentrix, Alteratrix, Expultrix.
          - Huc pertinent
            - *Vita*, eſt animæ & corporis per conjunctionem & unionem utriusq; actus & vigor.
            - Huc Ætates.
            - *Mors*, eſt omnium animæ functionũ ceſſatio propter compoſiti diſſolutionem.
    - **Appetitiva.** C.
    - **Locomotiva** D.
    - **Senſitiva.** A.
  - E. **Immortalis ſive Rationalis.**

**A. Senſitiva.**

- **Quid?** Anima Senſitiva eſt ἐντελέχεια, quæ objecta αἰσθητὰ percipit, dignoſcit, tandemque ad certum finem dirigit. Senſus eſt facultas, ſenſilia percipiens.
- **Senſus quotuplices?**
  - **Externi**
    - **Quid?** Senſus externi ſunt, qui externarum rerum & quidem præſentium ſpecies, corporeis organis, percipiunt.
    - **Quot? ſunt, qui ſentiunt, ſenſilia**
      - **Admota**
        - **Tactus**
          - **Quid?** Tactus eſt ſenſus externus omnes corporum qualitates apprehendens.
          - **Attributa**
            - Objectum eſt tactile ſive qualitates.
            - Organũ ſunt, nervi & cutis.
            - Medium eſt Caro.
        - **Guſtus**
          - **Quid?** Eſt ſenſus externus ſenſibilia guſtabilia percipiens.
          - **Attributa**
            1. Objectum: ſapores.
            2. Organum: lingua.
            3. Medium: palatum.
      - **Remota**
        - **Nobiliores**
          - **Viſus**
            - **Quid?** Eſt ſenſus externus viſibile percipiens.
            - **Attributa**
              1. Organum: Nervi viſorii.
              2. Objectũ: Viſibilis color.
              3. Medium eſt corpus διαφανὲς.
          - **Auditus**
            - **Quid?** Eſt ſenſus exterior objectũ audibile percipiens.
            - **Attributa**
              1. Objectum eſt ἀκουστὸν audibile, quod Sonus appellatur.
              2. Organum ſunt aures.
              3. Medium, eſt aër.
        - **Ignobilior eſt Olfactus**
          - **Quid?** Olfactus eſt ſenſus exterior odores percipiens.
          - **Attributa**
            1. Objectum eſt Odor.
            2. Organum ſunt nares.
            3. Mediũ eſt aër & aqua.
  - **Interni.** B.

**B. Interni**

- Quid? Interni ſunt, qui ſpecies rerum ſenſibilium ab externis allatas intra cerebrum percipiunt.
- Quotuplices
  - Cognoſcentes
    - Senſus cōmunis
      - Quid? Senſus communis eſt ſenſus internus, omnium exteriorum ſenſuum ſpecies per nervos apprehendens, & à ſe invicem diſcernens & cognoſcens.
      - Species
        - Vigilia: Eſt incitatio & motio ſenſus.
        - Somnꝰ
          - Quid? Somnus eſt quies actionis ſenſus communis atq; exteriorum ſenſuum ad animantium ſalutem inſtituta.
          - Huc Somnium
            - Quid: Somnium eſt viſum, quod in ſomno intus apparet.
            - Cauſæ hujus
              - Hyperphyſicæ: Sunt DEUS & Angeli, tum boni, tū mali. DEUS & Angeli, quando ſomnia immitunt, dicūtur θεόπεμπτα. Quæ verò mali, δαιμονιόπεμπτα.
              - Phyſicæ: Sunt ſpiritus & vapores, qui πρώτως & per ſe illas ſpecies in cerebro contentas excitant, & diverſimodè agitant. Phyſicum ergo ſomnium eſt viſum ex ſpecierum in vigilia perceptarū reliquiis, à ſpiritibus ſeu vaporibus excitatum & dormientibus in ſomno obverſans.
    - Phantaſia: Phanthaſia eſt ſenſus internus, ſpecies à ſenſu communi perceptas vel à ſe formatas diutiꝰ retinens, & diligentius examinans.
  - Conſervantes Memoria: Memoria eſt ſenſus internus ſpecies ſenſibiles dijudicatas, tanquam depoſitum recondens, indequè cum opus eſt, depromens.

- **C. Appetitiva**
  - Quid? Appetitiva eſt vis animæ, qua ſui conſervandi cauſa inclinatur & fertur animal, vel in ſuum bonum, vel averſatur malum prout ipſi ſenſus judicaverint.
  - Huc πάθη ſive affectus
    - Quid? Affectus ſunt motus cordis à cognitione objecti excitati, ut illud vel perſequatur vel fugiat animal, ad vitandam moleſtiam, & jucunditatem perfruendam.
    - Objectum habent vel —
      - Approbatum, idque
        - Adeptum: Lætitia
          - Lætitia eſt affectus, quo animus in bono præſenti acquieſcens illud corde ſpiritibus vibrato & dilatato ad fruendum amplectitur.
        - Adipiſci debet:
          - Spes: Spes eſt affectus, quo animꝰ corde q. dilatante & præparante ſe conſequendum ſibi concipit.
          - Amor: Amor eſt affectus, quo animus amatum ſibi coaduniri cupit, & unum quaſi cum eo fieri.
      - Improbatum, ſunt:
        - Simplices affectus, ſunt
          - Triſtitia: Triſtitia eſt affectus, quo cor percuſſum objecto conſtringitur, premitur, tremit & langueſit cum acri ſenſu doloris.
          - Metus: Metus ſeu timor eſt affectꝰ, quo cor motu quodam conſtringitur tanquam fugiens malum.
          - Odium: Odium eſt affectus objectū ingratum fugiens.
        - Mixti: ſunt, Ira, Zelus, ἐπιχαιρεκακία.
- **D. Locomotiva**
  - Locomotiva eſt facultas animæ, qua totum corpus de loco in locum transfertur.

**E. Rationalis anima ✕**

- Quid? Anima Rationalis eſt pars hominis eſſentialis, ſpiritualis, corpori quidem conjuncta, ſine tamen corporeis organis intelligens.
- Partes
  - Ratio
    - Quid? Ratio eſt vis animæ, qua intelligimus & volumus.
    - Officia
      - Intellectus
        - Quid? Intellectus eſt primum officium Rationis, quo anima quævis noëmata & notiones percipit, ac de iis diſſerit.
        - Quotuplex
          - Simplex
            - Simplex intellectus eſt, qui notiones rerum ſimplices tantum apprehendit & cognoſcit.
          - Compoſitus
            - Quid? Compoſitus eſt, qui res ſimplices animo conceptas componit & judicat.
            - Quotuplex?
              - 1. Diviſio
                - Νοητικὸς
                  - Eſt, cum Ens ſine diſcurſu notiones duas diſponit componendo vel dividendo.
                - Διανοητικὸς
                  - Eſt cum mens unum ex alio deducendo & ab uno ad aliud transeundo plura noëmata componit. Quæ διάνοια ſeu diſcurſus mentis dicitur.
              - 2. Diviſio
                - Contẽplativus
                  - Contemplativus intellectus eſt, qui tantũ intelligit & ratiocinatur propter cognitionem, ut res verè intelligat.
                - Practicus
                  - Practicus eſt, qui intelligit & ratiocinatur propter opus, ut agat & efficiat id, quod bonum eſſe intelligit.
      - Voluntas
        - Voluntas eſt altera rationis facultas per quam id, quod intelleximus, eligendum aut fugiendum judicamus liberè.
  - Oratio
    - Oratio eſt animæ rationalis facultas, qua ſermo extraneus conformatur.

FINIS.

Arithmet:

**Arithmetica.**

Quid? Arithmetica eſt ars bene numerandi: Numerus eſt multitudo ex unitatib. collecta.

Partes ſunt duæ

- Abſoluta, ut Numeratio
  - Quid? Numeratio eſt quemcunq; datum numerum ſuis characteribus aſſignare, atque etiam cujusvis præpoſiti numeri valorem exprimere. Hic imprimis notetur numeri & valor ſeu quantitas, & pronuntiatio numeri ſimplicis & cõpoſiti.
  - Quotuplex eſt Numeratio?
    - 1. Simplex?
      - Quid? Simplex numeratio eſt, quæ ſimplicem numeri naturam conſiderat.
      - Species ſunt 4.
        - Additio
          - Quid? Additio eſt duorum, plurimorum numerorum ſigillatim ſumptorum in unam ſummam collectio.
          - Attributa
            - Regulæ
              1. In additione fiat initium à dextra verſus ſiniſtram.
              2. Major numerus ſuperiori loco ſcribatur, minores huic ſubſcribantur, hac lege, ut prima inferiorũ primæ ſuperiorum è directo ſubjiciatur ſecunda 2dæ, tertia 3tiæ, & ſic deinceps.
              3. Subtus duc lineam & collige omnes figuras primi ordinis ſive loci in unam ſummam.
              4. Summam, ſi unica figura ſcribi poteſt, ſubſcribe omnibus primo loco poſitis: ſin verò duab. ſcribi non poteſt, ſcribatur dextra, reliquam mente obſerva, eamq; in progreſſu ad ſummã numerorũ ſequentis gradus adjice: in fine operationis qualiscunq; ſit numerus, ordine & integrè notato.
            - Probæ ſeu δοκιμασία
              1. Additio probatur per abjectio- (nem. 9.
              2. Per abjectionem. 7.
              3. Per iteratã additionem à parte (oppoſita.
              4. Per ſubtractionem.
        - Subductio
          - Quid? Subtractio eſt numeri, de altero majore, nomine conveniente legitima ſegregatio differentiæ cognoſcendæ cauſa.
          - Attributa
            - Regulæ
              1. Tribue numero majori locũ ſuperiorẽ, minori inferiorẽ, ita ut ſingulæ figuræ ſingulis reſpõdeãt, floreni florenis, denarii denariis.
              2. Deinde procedendo à dextra † verſus ſiniſtrã, aufer primam notã inferioris, à prima ſuperioris, 2dã à 2da, 3tiam à 3tia, atq; ita ordine reliquas: ſingularia reſidua directa, transverſali eo gradu, quo ſubtrahendo nota fuit ſubſcribe.
              3. Si inferior ſuperiori & ejusdem grad9 numero fuerit æqualis, cyphra nulla, 0, illi ſubſcribatur. 4. Sin major à proximo ſequenti pe- 4 0 tas unitatẽ, atq; ab ea in decem reſoluta: nam prioris reſpectu decem ſignificat, auferas ſubtrahendũ numerũ majorẽ, * reſiduum, adjecto prius minori à quo nõ potuit fieri ſubtractio, directè ſubſcribas.
            - δοκιμασία: Probatur: 1. Per additionẽ. 2. Per ſubtractionẽ reſidui, à ſubtrahendo. 3. Per abjectionem novenarii.
        - Multiplicatio A.
        - Diviſio B.
    - 2. Fracta. B.
- Relativa. N.

**A. Multiplicatio.**

- **Quid?** Multiplicatio eſt ductus unius numeri in alterum. Numerus autem in alium ducitur, cum toties coacervatur, quoties in altero unitas continetur. Hinc dicitur ille, qui coacervatur, Multiplicandus, id eſt, major numerus: Hic qui vices coacervationis oſtendit, quoties alter addendus, Multiplicans: Qui emergit: Factum productum.
- **Attributa**
  - **Regulæ**
    1. Major numerus, quem Multiplicandum vocant commoditatis gratia in ſuperiorem locum: Minor, quem vocant Multiplicantem, in inferiorem collocetur: ita tamen, ut periodus periodo reſpondeat, id eſt, ſit prima multiplicantis ſub prima multiplicandi ſecunda ſub ſecunda, tertia ſub tertia.
    2. Ducatur primus character Multiplicantis in ſingulos characteres multiplicandi particularia producta ſuis locis ſubſcribantur, niſi ex multiplicatione pervenerit numerus duabus figuris ſcribendus; Tandem ponetur prior poſterior, qui verſus ſiniſtram, reſervetur: & in progreſſu ſequenti producto adjiciatur.
    3. Si Multiplicandi plures fuerint characteres, ſimili via ſecundum tum tertium, quartum in ſingulos ſuperiores multiplica: atq; producta ordine prioribus adſcribe: facto tamen initio ſub figura, quæ multiplicat.
    4. Si numeri Multiplicandi fuerint diverſæ denominationis, majoris denominationis reduc per partes integrales alteri cognomines, producto adjice minoris denominationis numeros; Tandem juxta regulas operare à ſiniſtra verſus dextram.
  - **δοκιμασία**
    1. Per ſequentem ſpeciem productum aut dividit per Multiplicantem, & emergit Multiplicatus: aut dividitur per Multiplicatum & provenit Multiplicans.
    2. Ex Multiplicato prius abjicitur novenarius, quoties poteſt fieri: deinde ex Multiplicante: reſidua multiplicantur, & ex facto iterum novenarius abjicitur, atq; reſiduus, numerus cruci inſcribitur, ſimiliter ex producto numero 9. abjicitur, reſiduum ſtatuitur in altera parte Crucis: hoc priore æquale, legitima eſt facta operatio.
    3. Subtrahitur à Multiplicatis numeris Septenarius, reſidua multiplicantur, & à producto iterum, ſi fieri poteſt 7. abjicitur, ac tandem, quod remanet, cruci inſcribitur. Sic & ſubtrahitur 7. à producto, & reſiduum cruci inſcribitur: æqualia reſidua docent legitimam factam operationem.

**B. Diviſio**

- **Quid?** Diviſio eſt inventio numeri, qui quoties diviſor in dividendo contineatur, oſtendit. Hic conſiderantur, 1. Diviſor, qui eſt numerus minor, qui oſtendit in quot partes major debeat diſtribui. 2. Dividendus eſt numevus major, qui diſtribui debet. 3. Quotus, qui, quoties diviſor in dividendo contineatur, oſtendit.
- **Attributa**
  - **Regulæ**
    - **Generales**
      1. Unitas non dividit.
      2. Minor majorem dividit, ſed non contrà.
      3. Æqualis æqualem ſemel metitur.
      4. Diverſæ denominationis diviſor & dividendus eſſe poſſunt.
      5. Singulares quoti ex mēbris totius numeri procreati nunquam novenarium excedunt.
      6. Reſiduum perpetuò diviſore minus eſt.
    - **Speciales**, vide C.
  - **δοκιμασίαι** vid. D.

C. Speciales Regulæ Diviſionis

1. Diviſorem dividendo ſubſcribe, ita ut ultima diviſoris ſtet ſub ultima dividendi, penultima ſub penultima, antepenultima ſub antepenultima.
2. Si primum membrum dividendi congruens diviſori, fuerit minus diviſore uno loco verſus dextram, totum diviſorem promove.
3. Vide quoties diviſor in numero ſupraſcripto contineatur, quod ut in majoribus diviſoribus commodius fieri poſſit, vide quoties ultima nota diviſoris in dividendi ultima, ſine jactura ſequentium haberi poſſit: Quotum hac ſolertia inventum, ſemicirculo ad dextram ducto, inſcribe.
4. Per quotum multiplica diviſorem, productum lineæ tranſverſæ ſubſcribe, factos nempe ſingulos ſingulis ſuis multiplicatis.
5. Productum numerum ex ſupra ſcripto aufer, reſiduum fronti diviſi aſcribe, deletis notis, ex quibus ſubtractio facta, unà cum ſubtractis.
6. Reſtantibus notis ex quibus nulla facta ſubtractio, diviſorem uno loco promove, ac operationem præcedentibus regulis traditam inſtitue: atque hoc toties repete, quoties nota remanet ex qua nulla ſubtractio facta eſt.
7. Quotieſcunque in aliquo membro primo excepto, diviſor in ſupra ſcripto haberi non poteſt, quotienti vel ſemicirculo cyphram o inſcribe, & ſi fieri poteſt uno loco diviſorem promove.
8. Si dividendi plures diverſæ denominationis, prius eas ad eandem denominationem reduc, ut in multiplicatione. Si peracta operatione numerus remanſerit illum ante quotientis figuras colloca, ſubſcripto toto diviſore, ut fractionis fiant termini.

D. Δοκιμασίας

1. Examen, hoc eſt, quoties fieri poteſt novem ex diviſore abjice, ſimiliter ex quotiente: deinde: reſidua multiplica, atq; iterum 9 ex producto abjice, tum ſi in diviſore aliquid remanſerit hoc reſiduo adjice, atque tertio rejice 9, atque tandem remanebit numerus cruci inſcribendus: Poſtremò abjice 9 dividendo, & in reſiduum cruci inſcribe: Quod ſi igitur duo in cruce reſidua fuerint æqualia, rectè peracta erit operatio, ſin minus non rectè.
2. A diviſore abjice 7. ut in additione docuimus, ſimiliter à quoto, reſidua multiplica, multiplicatis adjice diviſoris reſiduum, atque iterum 7. abjice: hoc tandem reſiduum alteri parti crucis inſcribe. Similiter 7. abjice à dividendo & reſiduum alteri parti crucis inſcribe. Collatione inſtituta, ſi juſta fuerit diviſio, erunt reſidua crucis æqualia.
3. Quemadmodum ſubtractio additionem, & additio ſubtractionem probat, ita diviſio multiplicationem & multiplicatio diviſionem, multiplica diviſorem per quotum, producto adjice reſiduum, & fiet in operatione numerus æqualis diviſo.

**E. Fracta**

- Quid? Fractio eſt ubi aliquis numerus ſupra, alius infra ponitur inſerta linea. Hic conſiderāda eſt
  - 1. numeratio: Numerus ſuperior vocatur Nominator, quia exprimit & numerat partes aſſumptas, atq; effertur per nomen numerale cardinale: Inferior dicitur Denominator, quia nominat, hoc eſt, oſtendit, quot in partes integrum ſit diviſum atq; nuntiatur per nomen numerale ordinis v. g. $\frac{3}{4}$ tres quartæ.
  - 2. Valor
    - Unde diſcitur: Multiplica Numeratorem per partes integri notas, quas integrales vocare ſolemus: productum divide per denominatorem & habebis valorem in partibus iiſdem integralibus.
    - Regulæ docentes, utra fractio ſit major:
      1. Partes, quarum Numeratores & Denominatores eandem inter ſe habent rationē, ſunt æquales $\frac{2}{3}$ $\frac{4}{6}$ duæ tertiæ, quatuor ſextæ.
      2. Quæ æquales habent Numeratores, inæquales v. Denominatores, inæquales ſunt, & ea quidē eſt major, cui Denominator minor.
      3. Quæ inæquales habent Numeratores, æquales verò Denominatores itidem ſunt inæquales, & major ea, cui eſt major numerator.
      4. Partium deniq;, quæ inæquales numeratores & denominatores, numeratores decuſſatim in denominatores multiplica, & cujus numerator majorem procreaverit numerum, ea major erit.
- Quotuplex
  - Accidētalis, ut reductio
    - Quid? Reductio eſt aut ſuperioris ſpeciei ad inferiorem, aut inferioris ad ſuperiorem. Majoris ſpeciei fractionem voco, cujus denominator eſt major, minoris ſpeciei, cujus denominator eſt minor. Superioris ſpeciei fractiones reducunt ad fractiones inferioris ſpeciei, cum vel minutia ſecunda in ſimplicem, vel integra in minutiam commutantur, aut diverſæ denominationis ad eandem denominationem reducuntur. Ad ſuperiorem ſpeciem reducuntur inferiores, cum vel in majore Numeratore integrum aut integra quæruntur: vel termini fractiones majores in minores cōmutantur. Valor in Reductione nunquā mutatur.
    - Quot modis fit?
      - 1. Reductio ad ſimplices terminos: Commutaturus fractiones derivatas in primas & ſimplices, multiplica numeratores & habebis novum ſive reductum numeratorem: Similiter multiplica denominatores & habebis novum denominatorem.
      - 2. Reductio ad integra: Fractiones, quæ plus valent integro, reduces ad integra dividendo numeratorem per denominatorē, quotiens integra valet, reſiduū ſupra ſcribe diviſori ſive denominatori. Regulæ: 1. Cū numerator denominatori fuerit æqualis integrum pro fractione pone $\frac{12}{12}$ $\frac{2}{2}$ $\frac{1}{1}$ 2. Si numerator fuerit major denominatore eum per denominatorē divide, ac quotus numerus oſtendit integra, quib. reſiduū cum priore denominatore inſtar fractionis adjunge.
  - Eſſentialis, vide F.

**F.**
**3. Reductio integrorũ ad partes**

1. Si ſimpliciter volueris integra in partes datæ denominationis commutare, ea per denominatorem multiplica & produces numeratorem, cui denominatorem ſubſcribe: ut 64. reducam ad quadrantes, id eſt, ejusmodi fractionem cujus denominator ſit 4. quaternarius multiplico 64. per 4. produco 256. numeratorem: Fractio igitur eſt ducentorum quinquaginta ſex quartæ.
2. Si integris munutiæ adhæſerint, ea duc in denominatorem producto adjice numeratorem, & habebis novum denominatoorem, cui priorem ſubſcribe.

**G.**
**4. Reductio ad minimos terminos —**

**Quid?**

Numerus primus eſt, quem ſola unitas metitur, ut binarius ternarius.
Compoſitus numerus eſt quẽ multitudinis num: metitur, ut 4, 6, 8, 9, 10.
Numeri inter ſe primi ſunt quos ſola unitas communis menſura metitur, ſuntq; 3 & 2, 3 & 4, 4 & 5, 5 & 6. Numeri inter ſe compoſiti ſunt, quos numerus aliquis communis menſura metitur, ut quaternarii & ſenarii communis menſura eſt binarii 4 & 8. binarius. Inveſtigatur hæc reductio ſubtractione & diviſione.
Subtractione minorem datorum aufer à majori, deinde continue reſiduũ à ſubtracto, donec æquales fiant numeri & alter æqualium erit communis menſura.
Diviſione: Majorem divide per minorem, per reſiduum iterum divide diviſorem, quod fac donec nihil remaneat & ultimus diviſor erit communis menſura.
Quoties in hac operatione unitas remanet, numeri inter ſe ſunt primi.

**Compendia hujus**

1. Omnes numeri pares per binarium reducuntur.
2. Si utriuſque termini numeri in unam ſummam collecti per 3. dividi poſſunt, & fractio per tria reducitur.
3. Si duæ primæ notæ verſus dextram tàm in numeratore quàm denominatore per quaternarium exacte dividuntur, fractio per 4 ad minores terminos reducitur.
4. Quinarius locus communis diviſoris accipitur, ubi prima figura verſus dextram in numeratore & denominatore vel cyphra eſt vel quinarius, aut ſi in altero cyphra ſit in altero quinarius ſit: Verùm ſi utrobique cyphra in primo loco verſus dextram commode utramq; delebis, ut & ſi duæ vel plures utrobiq; fuerint.
5. Si pares numeri ſunt in ſuperiore & inferiore loco, & præterea omnes figuræ tàm numeratoris quàm denominatoris collectæ, per tria dividi poteſt fractio, ſenario reducetur.
6. Si tres primæ figuræ tàm numeratoris quàm denominatoris verſus dextram poſitæ octonarium admittunt, pro communi diviſore fractio tota per octonarium reducitur.
7. Si omnes figuræ, tàm numeratoris quàm denominatoris in unam ſummam collectæ per 9. dividi poſſunt, reduc per 9.

**H. 5. Reductio ad eandem denominationem**

Ad eandem denominationem reducuntur partes per communem à datis minimum dividuum. Inveſtigatur autem minimus dividuus aut per numeros inter ſe primos aut inter ſe compoſitos. Si numeri ſunt inter ſe primi, duc unum in alterum & habebis minimum ipſorum dividuum, ut 3 & 5 ſunt numeri inter ſe primi, multiplico igitur 5 per 3 fiunt 15 minimus omnium, qui 3 ſimul & 5 poteſt dividi. Si numeri ſunt compoſiti inter ſe, ambos per communem illorum maximum diviſorem divide, quotos alternè in numeros compoſitos multiplica, & produces minimum ab utroq; dividuum, ut $\frac{9}{12}$ ſunt numeri inter ſe compoſiti, ipſorum maximus diviſor eſt ternarius, divido 9 per 3 & produco tria, rurſus divido 12 per 3 produco 4. Denique decuſſatim vel per 3 multiplico 12 vel per 4, novem fiunt 36 Numerus, qui à 9 & 12 ſimul dividi poteſt minimus.

Tandem ſic operare à denominatoribus duarum fractionum, quas ad eandem denominationem reducere conſtituiſti minimum quære dividuum eumque per eosdẽ denominatores divide, producta particularia multiplica per convenientes numeratores, & habebis novos numeratores, communis autem denominator eſt communis dividuus.

**I. Eſſentiales habet quatuor ſpecies**

**Additio**

Quid? Additio eſt numeratio fractionum, ubi numeratores inter ſe adduntur & communis denominator ſubſcribitur.

Regulæ

1. Si duarum aut plurium partium æquales denominatores fuerint, Numeratores adde, ſummæ communem denominatorem ſubſcribe.
2. Si duas diverſæ denominationis partes addere volueris, Numeratores in Denominatores decuſſatim multiplica, producta adde & habebis novum numeratorem: Similiter inter ſe multiplica denominatores, productum invento numeratori inſtar fractionis ſubſcribe.
3. Si plures propoſitæ fuerint fractiones multiplica numeratorem primum in omnes denominatores reliquarum fractionum, deinde ſecundum & ſic reliquos, producta adde & produces numeratorem collectarum fractionum: deinde ordine denominatores inter ſe multiplica & habebis denominatorẽ.

**K. Subtractio**

Quid? Subtractio eſt, quando ſubtrahitur fractio minor de majore: Ea vero fractio major eſt, cujus numerator in alterius denominatorem ductus majorem numerum producit: Minor verò fractio quæ minorem.

Regulæ

1. Partium, quæ æquales denominatores habent, numeratorem minorem aufer de majore numeratore, reſiduo denominatorem communem ſubſcribe.
2. Si diverſi fuerint denominatores, numeratores in denominatores decuſſatim multiplica, productum minus aufer à majori & reſiduum erit novus numerator, cui denominatores inter ſe multiplicatos ſubſcribe.

**Multiplicatio** vide L.

**Diviſio.** M.

3. Cum

3. Cum fractio ab integris eſt ſubducenda, unitas ab integris petita in ejuſdem denominationis fractionum reſolvatur, & demum ſubtractio inſtituatur.
4. Quoties ex integris & fractione minore major fractio ſubtrahenda, prius unum integrum in convenientem denominatorem reſolve, ac fractioni ſuæ adjice: vel uno integro abjecto pro eo numerum æqualem denominatori adhærentis fractionis numeratori adde & tandem juxta præcedentia operare.
5. Cum ab integris cùm fractione ſubtrahenda ſunt integra & fractio, prius fractionem à fractione aufer, reſoluto integro, ubi opus, deinde & integra ab integris.

**L. Multiplicatio**
- Quid? Multiplicatio eſt, quando denominatores & numeratores inter ſe multiplicātur.
- Regulæ
  1. Duc numeratorem in numeratorem, & denominatores ſimiliter in invicem, quod ex multiplicatione numeratorem provenerit, erit numerator, reliquum ex multiplicatione denominatorum denominator, ut $\frac{5}{7}$ per $\frac{3}{4}$ multiplicando proveniunt $\frac{15}{28}$.
  2. Si fractiones in integra ducere placuerit, duc integra in numeratorem fractionis, ſubſcripto ejuſdem denominatore, ut $\frac{6}{12}$ ducendo in 20, producunt $\frac{100}{12}$, hoc eſt $8\frac{1}{3}$.

**M. Diviſio, cujus duæ regulæ**
1. Statue dividendum numerum ad ſiniſtram, diviſorem ad dextram.
2. Multiplica numeratorem dividendi, per denominatorem diviſoris, & perveniet numerator: multiplica item numeratorem diviſoris per denominatorem dividendi & exurget denominator. Reducantur autem ante operationem integra ubicunque fuerint.

**N. Relativa eſt,**
1. Comparata, quæ habet regulas
   - Detri
     - Quid? Regula detri ſive aurea eſt, ubi datis tribus numeris notis elicimus quartum ignotum.
     - Quotuplex
       - Directa
         - Quid? Regula aurea directa eſt, ubi ſecundum & tertium terminum inter ſe multiplicamus & productum dividimus per primum.
         - Attributa
           - Regulæ
             1. Quæſtionis numerus tertiũ perpetuò tenet locum, eiq; homogenius & cognominis primum: Secundum occupet is, qui heterogenius & rem diverſam à re in quæſtione propoſita denotat.
             2. Cũ extremi termini re quidem conveniunt, nomine v. diſcrepant eum, cui major eſt denominatio reducas ad minorẽ denominationẽ, quã alter habet.
           - δοκιμασία
             3. Demum multiplicetur 3 per 2 productus numerus dividatur per 1. & emerget 4tus ignotus, qui homogenius & cognominis medio.
       - Reciproca eſt, cujus termini permutantur.
   - Societatis
   - Falſi.
2. Figurata, vide S.

**O. Obſervationes in fractione**

- **Una**
  1. Si unica fractio in primo loco fuerit, ipſius denominatorem in ultimum numerum multiplica, productum in ejusdem ultimi locum repone: numeratorem verò, deleto denominatore, in prima claſſe retine, & habebis tres numeros integros, per quos juxta regulam operare.
  2. Si fractio medium tenet locum, ejus denominatorem duc in primum numerum, productum in primum locũ colloca numeratore in medio retento.
  3. Si fractio tertium regulæ locum occupat, denominatorem ipſius multiplica in primum, productum in eundem primum locum repone, numeratore in loco ſervato.
- **Duabꝰ fractionibus**
  1. Si duæ illæ fractiones in primis duobus locis occurrunt, eam, quæ primo loco ponitur, ſeorſim confer ad ultimum numerum per primam primi caſus regulam: deinde confer ſecundam fractionem ad primi loci numerum jam inventum, juxta ſecundam regulam ſecundi caſus: tertio numero nõ variato.
  2. Si in poſtremis duobus locis fractiones ponuntur, alteram ipſarum ad primum confer per præcedentia, ut habeas in duobus locis integra: deinde reliquam fractionem ſimili ratione confer ad primi loci numerum jam inventum, productum rurſus in primum locum colloca, ac denominatoribus deletis, numeratores in ſuis locis relinque.
  3. Si fractiones tenent extrema loca, videlicet primum & ultimum, multiplica unius fractionis numeratorem in denominatorem alterius, producta ſcribe ad ea loca, in quibus numeratores fuêre, quos multiplicaſti.
- **Tribꝰ fractionibus**: Si in omnibus trib. locis fractiones conſtitutæ ſunt ad integra, reduc extremas duas per tertiam regulam ſecundi caſus: deinde mediam quoq; reduc per ſecundam regulam primi caſus, & voti compos fies.

**P. Δοκιμασίας regula detri**

1. Divide priores duos terminos majorem per minorem, ſimiliter poſteriores duos terminos: & ſi utrobiq; idem productum emergit, rectè es operatus.
2. Divide duos terminos primum & tertium nempe majorem per minorem, ſimiliter ſecundum & quartum: & ſi utrobiq; idem emergit numerus, rectè es operatus.
3. Si primus terminus in quartum multiplcatus idem producit, quod ſecundus in tertium, legitima eſt operatio.
4. Inventum quartum terminum, multiplica per primum, productum divide per tertium, & in legitima operatione emerget ſecundus.

**Q. Regula ſocietatis**

- **Quid?** Conſortii regula aliàs dicitur, quod ejus uſus in conſortio negociatorum maximus eſt. Adhibetur enim, quando duo vel plures conſortium ineunt, ita ut ſinguli ſummam quandam pecuniæ conferant, & de lucro vel damno quæſtio occurrit.
- **Regulæ**
  1. Numeros collatæ pecuniæ adde, & quod inde fit, pro communi diviſore primo loco pone: ſecundum locum teneat lucrum vel damnum commune, tertium numeri pecuniæ collatæ.
  2. Adhibe proportionum regulam pro ſingulis collatæ pecuniæ numeris, producta ordine oſtendent, quid cuiq; tribuendum.
  3. Quando verò temporis circumſtantia accedit ante additionem multiplica cujusq; pecuniam per ſuum tempus, & tandem productis numeris collectis operationem inſtitue.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id366723723/198
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Quid? Latini regulam falſi ſive falſarum conjecturarum appellant, non quod falſum proponat, aut inducat, ſed quod ex duobus numeris falſis, hoc eſt, ad placitum ſumptis, tertium verum & quæſitum colligat.

R Regula falſi — Regulæ

1. Oblata quæſtione, quære numerum aliquem, datis conditionibus convenientem, eumq; juxta conditiones examina, & ſi id, quod in quæſtionem venit, explicat, is eſt, quem quærebas.

2. Si quæſtionem illam non explicat, ſed vel majorem vel minorem, quam quæritur, producit, conſidera differentiam, quæ eſt intra ejus productum & hypotheſin, eamq; è regione ipſius ſcribe, interpoſito ſigno exceſſus † cum major eſt productus, quam hypotheſis exigit: aut defectus cum idem eſt minor.

3. Ad eundem modum alium numerum prioris nempe dimidium duplum &c. vel alium ad recipiendas conditiones præſcriptas idoneum, juxta eandem hypotheſin examina, & ſi ipſe quoque à ſcopo aberrat, neq; quæſtionem explicat, ejus differentiam cum ſuo ſigno † regione ad dextram annota.

4. Poſitiones decuſſatim in differentias multiplica, & ſi qua utrobique æqualia fuerint, minus productum à majori ſubtrahe, ſin diverſa, eadem producta adde, & quod inde fit in dividendum aſſume: ſimili modo cum differentiis, & cum ſigna eadem ſunt alteram ab altera ſubtrahe, cum diverſa, eas adde, & quod reſultat, pro diviſore adhibe. Dividendo igitur illo per hunc diviſorem diſtributo emergit numerus quæſitus.

S. Figurata agat de radicū extractione — Quadrata — Regulæ; Examina. — Cubica. T.

Hic primum oportet ſcire novem radices ſimplices, earumq; quadrata, quorum cognitio dari debet ac poni, non inquiri. Habent autem ſe hoc modo.

| Radices. | Quadrati. |
|---|---|
| 1 | 1 |
| 2 | 4 |
| 3 | 9 |
| 4 | 16 |
| 5 | 25 |
| 6 | 36 |
| 7 | 49 |
| 8 | 64 |
| 9 | 81 |

2. Incipiens igitur à dextris, nota primam figuram puncto, deinde tertiā ſimiliter, hinc quintam, ac ſic deinceps pergito notare alternas figuras una intermiſſa, ita ut ſemper ſaltus fiat per unam figuram.

3. Et quoniam radicum extractio parum à diviſione diſcrepat, incipe à ſiniſtris, & numeri ultimi, ſive una figura ſit, ſive duæ, qui eſt ab ultimo puncto, deinde quære radicem, aut ſi non habet, accipe proximo minorem, ut in noſtro propoſito numerus ab ultimo puncto, deinceps verſus ſiniſtram eſt 11, qui in tabula quadratorum non invenitur, non eſt igitur quadratus, ſed proximo minus quadratum eſt 9, hujus radix eſt 3. Hanc radicem ſepone ad dextram ſecretam ſemicirculari linea, quemadmodum in diviſione fieri ſolet, & ſimul quadratum illud minus, 9 ſcilicet, aufer ex numero à puncto ultimo deinceps poſito, ſcilicet ex 11, reſtant 2, quæ ſupra ſcribe numero propoſito, ut in diviſione.

4. Dupla quicquid eſt per ſemicircularem lineam ſejunctum, duplum ponas medio loco inter punctum proximum verſus dextram, ſi unica fuerit figura, ſin duæ aut plures, collocatis reliquas ordine deinceps verſus ſiniſtram. Ut dupla 3, exurgūt 6, quæ colloca ſub 9. Deinde tanquam hoc duplum ſit diviſor, vide quoties ſit in ſibi ſupra ſcripto numero, quotientē hunc aſſcribe poſt lunarē lineam ad dextrā, ut diviſione, ac eundem aſſcribe etiam diviſori ad dextram ſub puncto ſemper.

T. Regulæ de extractione radicis quadratæ

5. Deinde multiplica hunc quotientem jam jam inventum in diviſorem cum figura adjuncta. Productum aufer ex ſuperiori ſupra ſcripto reſiduum ſupra alias collocando, ut in diviſione. Ut quoniam *6.* continentur in ſuperiore ſcilicet 29 quater, noto 4 poſt 3, & ſimiliter poſt 6 ſub puncto. Deinde multiplico 4 in *64*, exurgunt 256, quæ ſubduco ex ſuperioribus, ſcilicet *290*, reſtant 34, quæ ſupra alium numerum colloco.

6. Hæc omnia incipiendo à duplatione radicis inventæ iterentur, donec nullum reſtet membrum, ex quo non facta ſit ſubtractio, ſi cyphræ tantum in membris reliquis fuerint, punctatas tantum cyphras radici inventæ aſſcribe.

7. In numeris non quadratis, in quibus poſt operationem aliquid remanet, radicem inventam dupla, duplo adde unitatem, & quod inde fit, dominatoris in locum colloca: numerator autem erit numerus ultimo reſiduus.

V. Examina radicis quadratæ

1. Ex radice rejice tumultuarie 9, quoties fieri poteſt reſiduum quadratè multiplica & ex facto iterum 9. abjice, quoties poteſt fieri, reſiduum inſcribe cruci: deinde eodem modo ex quadrato numero abjice novem, & reſiduū cruci inſcribe. Deniq; collatione reſiduorum inſtituta, ſi æqualia fuerint, benè es operatus.

2. A radice abjice ſeptem, ut in Additione docuimus reſiduum in ſe multiplica à facto eodem modo ſubtrahe 7 reliquum cruci inſcribe. Sic & à quadrato 7 rejice: reſiduū cruci inſcribe. Quod ſi igitur juſtè operatus, reſidua erunt æqualia.

3. Radicem in ſeſe multiplica, producto adde numeratorē adhærentis fractionis, ſi quæ fuerit, & produces quadratum.

T. Cubica cujus ſeqq. nota regulas

1. Ante omnia memoria comprehendantur novem radices & earum Cubi.

| Radices. | Quadrati. | Cubici. |
|---|---|---|
| 1 | 1 | 1 |
| 2 | 4 | 8 |
| 3 | 9 | 27 |
| 4 | 16 | 64 |
| 5 | 25 | 125 |
| 6 | 36 | 216 |
| 7 | 49 | 343 |
| 8 | 64 | 512 |
| 9 | 81 | 729 |

2. Inquiſiturus ergò radicem Cubicam numeri, cujuſpiam majoris quam 1000. (Minorem n. ars non exiſtit, niſi per fractiones, ut docebimus, aut ex hac tabella) primam figuram ſigna puncto, deinde intermiſſis duabus figuris quartam, ac ita deinceps ad finem à dextris lævam verſus accedente, omiſſis duabus figuris ſequentem puncto ſigna, ut hic vides, 4106362 5. Atq; hic rurſus, ut in quadratis, quot fuerint puncta, tot erunt figuræ radicem Cubicam numeri propoſiti explicantes.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id366723723/200 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

3. Vide etiam, quæ ſit radix cubica numeri, qui eſt ab ultimo puncto, deinceps ad ſiniſtram, ſive is una figura fuerit, ſive binæ, ſive etiam ternæ, hoc eſt, quære numerum hunc in tabella inter Cubicos, quod ſi non reperiatur, vide proximum numerum, ejusq; radicem nota ſeorſim, ut in quadratis.

4. Tripla quicquid in quotiente eſt, triplum ponito ſub figura proxima puncto præcedenti verſus lævam, ſi plures fuerint figuræ, collocentur reliquæ ex ordine. Deinde rurſus multiplica eundem quotientem in triplum, productum nota uno loco, deinceps verſus lævam ſemotius quàm triplum inceperis, & loco inferiori, ut ſint jam duo numeri diſtincti, quorum prior triplum, alter diviſor à nobis vocabitur.

Z. Regulæ radicis Cubicæ

5. Per hunc diviſorem divides, numerum ſibi ſupra ſcriptum, adjecta tamen conditione ſequenti, diligenter conſidera quoties diviſor hic in numero ſupra poſito contineri poſſit, hunc quotientem aſſcribe priori verſus dextram.

6. Deinde hunc digitum ſive quotientem inventum duc in diviſorem, productum eidem diviſori ſubjice, mox eundem digitum ſeu quotientem duc in ſe, ſive ut vocant, quadra, quadratum deinceps in triplum, productum huic triplo ſubjice, & loco inferiori, quam prius productum, tandem eundem digitum cubica, hoc eſt, multiplica bis in ſe, cubicum hunc ſub puncto notato, & loco infimo.

7. Tria igitur hæc producta in unam ſummam collecta, eò tamen ordine quo ponuntur, ſi poſſunt à ſuperioribus ſubduci, & reſiduum ſupra ſcribe, ſin minus minuendus eſt digitus ille quotientis eo uſq;, ac tentandum per multiplicationem & additionem quo ſubduci poſſit à ſuperiori, manente ſemper diviſore & triplo.

8. Reſtantibus aliquot membris eandem viam repete, incipiendo à triplatione radicis. Si diviſor in ſupra ſcripto haberi nequit, cyphra quotienti inſcribatur, & deletis numeris inferioribus, ut in proximè ſequenti membro operatio inſtituebatur.

9. Cum numerus Cubicus non eſt, id eſt, cum poſt operationem aliquid remanet, per tria multiplica & radicem inventam, & radicis quadratum: producta adde, & fiet denominator, cui ſupra ſcribe reſiduum numerum pro numeratore.

# FINIS.

**Geometria.**

- Quid? Geometria dicitur quaſi terræ dimenſio, & eſt doctrina bene metiendi terram.
- Partes ſunt 3.
  - 1. Linea quæ eſt longitudo latitudinis expers, ubi cōſiderāda lineæ
    - 1. προσκείμενον ut lineæ principiū quod eſt punctum
      - Quid? Punctum eſt, quod in continua quantitate eſt terminꝰ ſine intervallo, ſeu eſt, quod partem non habet: Et fit linea fluxu, ſive motu continuo puncti.
      - Quotuplex
        - 1. Phyſicum punctum.
        - 2. Mathematicum.
    - 2. διαίρεσις, eſtque linea vel
      - 1. Simplex, eaque eſt
        - 1. Recta: Recta linea eſt, quæ æqualiter jacet inter ſua puncta.
        - 2. Obliqua ſeu circularis
          - Quid? Linea obliqua eſt, quæ æqualiter jacet inter ſua puncta. Huc pertinet circumferentia, quæ eſt linea curva omnibus partib. æquè diſtans puncto medio, ex quo deſcripta eſt.
          - Quot accidūt lineis inter ſe
            - 1. Concurſus
              - Quid? Concurſus linearū eſt, cum lineæ ad angulos conſtituendos ita concurrunt, ut ſeipſas aut tangāt aut ſecent. Hinc lineæ tāgentes dicuntur, quæ termino ſuo alteri applicatæ ſunt, ſecantes verò quæ mediis punctis alteriꝰ itidem mediis punctis applicatæ ſunt.
              - Quotuplex
                - 1. Obliquus concurſꝰ eſt, qui obliquum habet poſitum.
                - 2. Rectus, dicitur perpendicularis, eſt, quæ rectum habet poſitū ad rectā alteram, hoc eſt, quæ rectam alteram rectè tangit aut ſecat.
            - 2. Parallelismꝰ: Parallelæ lineæ ſunt, quæ ubiq; diſtant æqualiter, ſeu, quæ in eodem plano ſitæ, & in infinitū ex utraq; parte productæ non concurrunt.
      - 2. Mixta
        - Quid? Linea mixta eſt, quæ nec ex æquo inter ſua puncta jacet, nec à medio ſuo æqualiter diſtat.
        - Quotuplex eſt linea varia ſeu mixta, Eſtque
          - 1. Rectæ. Curvæ.
          - 2. uniformis, difformis.
          - 3. Spiralis. Ovalis.
  - 2. Superficies, vide A.
    - Infinita, ut Angulꝰ
      - Rectus.
      - Obliquꝰ.
    - Finita, ut figura
      - Plana.
      - Gibba.
  - 3. Corpus vide E.
    - Planum.
    - Gibbum.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id366723723/202 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft

**A. Superficies-**

- 1. Quid? Superficies eſt longitudo & latitudo ſine profunditate.
- Quotuplex. Eſt a. magnitudo omnis vel
  - 1. Infinita
    - 1. Quid? Infinita magnitudo eſt ſuperficies ſeu angulus nondum terminatus.
    - 2. Huc pertinet Angulus
      - 1. Quid eſt Angulus — Angulus eſt duarum linearum ſeſe tangentium & non ex adverſo poſitarum mutua inclinatio.
      - Quotuplex eſt Angul9
        - Rectus — Angulus rectus eſt, cujus crura ſunt inter ſe recta: vel quia fit à duabus inter ſe perpendicularibus.
        - Obliquus —
          - Quid? Eſt angulus, cujus crura inter ſe ſunt curva.
          - Quotuplex?
            - 1. Obtuſus angulus, qui major eſt recto.
            - 2. Acutus, qui minor eſt recto.
  - 2. Finita
    - 1. Quid? Superficies finita eſt, quæ aliquo modo aut aliquibus terminis continetur, ac figura vocatur ſuperficialis.
    - 2. Figura huc pertinet
      - Partes figuræ ſunt
        - 1. Centrum, quod eſt punctũ in figura mediũ.
        - 2. Perimeter eſt comprehenſio figuræ, vel eſt totus ambitus.
        - 3. Radius eſt recta linea à Centro ad Perimetrũ.
        - 4. Diameter eſt recta linea inſcripta figuræ per Centrum.
        - 5. Altitudo eſt perpendicularis linea à vertice figuræ ad baſim.
      - διαίρεσις, eſtq; figura
        - Plana
          - Quid? Figura plana eſt, quæ ex æquo poſita eſt inter ſuas lineas terminantes.
          - Quotuplex
            - Rectilinea
              - Quid? Eſt, quæ rectis cõſtat lineis.
              - Quotuplex
                - 1. Triãgulum
                  - Quid? Quod comprehentitur à trib. lineis rectis.
                  - Quomodo dividitur in
                    - 1. Iſoplevrũ, i.e. æquilaterum, quod tria habet latera æqualia.
                    - 2. Iſoſceles, i.e. æquicrurum, quod duo tantũ habet latera æqualia. NB.
                - 2. Triangulatum quod eſt, vide B.
                  - Quadrangulum.
                  - Multangulum.
            - Curvilinea eſt, quæ non rectis conſtat lineis.
        - Gibba, vide D.

NB.
3. σκαλην́ον.
4. Orthogonium.
5. Ambligonium.
6. Oxygonium.



Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id366723723/203
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

**B. Triangulatum**

- Quid? Eſt figura recti linea ex tribus angulis compoſita.
- Quotuplex?
  - Quadrangulum
    - Quid? Eſt figura, quæ comprehenditur à quatuor lineis rectis.
    - Quomodo dividitur in
      - Parallelogrammum
        - Quid? Parallelogrammũ eſt figura quadrilatera, cuj9 bina oppoſita latera ſunt parallela.
        - διαίρεσις dividitur aut
          - Primò in
            - Diagonale: Eſt particulare parallelogrammum communis anguli & diagonii cum toto parallelogrammo. Vocatur a. diagonium diameter ad oppoſitos angulos ducta, vel, eſt per quod diameter tranſit
            - Complementum: Eſt particulare parallelogrammũ à conterminis diagonaliũ laterib. comprehensũ, vel eſt per quod diameter non tranſit.
            - Gnomon: Eſt alterum diagonale cum duobus complementis.
          - 2do dividitur in
            - Rectangulũ parallelogr.
              - Quid: Quod habet omnes angulos rectos.
              - Quotuplex
                - Oblongum, eſt parallelogrammum rectangulum quidem, ſed nõ æquilaterum.
                - Quadratum, eſt parallelogrammum rectangulũ & æquilaterum.
            - Obliquangulum
              - Quid? quod omnes æquilaterũ angulos habet obliquos
              - Et Dividitur in
                - 1. Rhomboidem, qui latera è regione poſita æqualia habet ac angulos æquales, non tamen eſt æquilaterum neq; rectangulum.
                - 2. Rhombum, qui eſt obliquangulum æquilaterum.
      - Trapezium, Eſt quadrilaterũ non parallelogrammũ.
  - Multangulum, vide C.

- **C. Multāgulum**
  - Quid? Quod pluribus quam quatuor lineis rectis comprehenditur.
  - Huc referenda eſt doctrina de circulo
    - Circulus eſt planum rotundum, Euclid. lib. 16. cap. 1. definit. Vel, eſt figura plana una linea contenta, quam vocamus περιφέρειαν, ad quā ab uno aliquo ex punctis, quæ intra ipſum ſunt, omnes lineæ rectæ procidentes ſunt æquales.

- **D. Gibba figura**
  - Quid? Eſt ſuperficies, quæ inæqualiter jacet inter ſuos terminos.
  - Quotuplex
    - Simplex eſt ſphærica ſuperficies
      - Quid? Sphærica ſuperficies eſt, cuj9 partes à medio omnes æquæ diſtāt.
      - Huc pertinet ſegmentum
        - Quid? Eſt figura, quæ intus linea recta, & extrinſecus circuli circumferentia continetur:
        - Quotuplex?
          - 1 Sector
            - Eſt ſegmentum intus comprehenſum à recta duplici, faciente angulum in Centro, qui angulus in centro dicitur περιφέρεια vel baſis ſectionis.
          - 2 Sectio
            - Quid? Eſt ſegmentum circuli intus comprehenſum ab una recta, quæ baſis ſectionis dicitur.
            - Quotuplices ſunt ſectiones
              - Maximæ — Maximæ, quæ ſphæricum ſecant in duo æqualia & omnes inter ſe ſunt æquales.
              - Minores — Quæ ſphæricum ſecant in duo inæqualia.
    - Mixta, ut
      - Conica — Quæ à baſi plana, quæ circumferentia eſt circuli æqualiter faſtigiatur in verticem.
      - Cylindracea — Quæ à duabus circularibus baſibus oppoſitis & inæqualibus æqualem & parallelum mediis omnibus habet ſitum.

**II. Corpus tertia ſpecies**

- Quid? Eſt longum, latum, & profundum.
- Quotuplex
  - Planum
    - Quid? Quod comprehenditur à ſuperficiebus planis.
    - Quotuplex
      - Pyramis: Eſt figura ſolida planis contenta, quæ conſtituitur ex uno plano ad unum aliquod punctum.
      - Pyramidatũ
        - Quid? Eſt ſolidum planũ à pyramidibus comprehenſũ.
        - Quotuplex
          - πρίσμα
            - Quid? Eſt pyramidatum, cujus duo oppoſita plana ſunt æqualia, & ſimilia & parallela: reliqua v. parallelogramma.
            - Quotuplex dividitur in
              - 1. Parallela bipedum & Trapezium.
              - 2. Rectangulum, qui habet cubum & oblongum. De radicis cubicæ extractione egimus in Arithmetica.
          - πολύεδρον
            - Quid? Eſt pyramidatum compoſitum è pyramidibus coëuntibus in centro & ſola baſi eminentib.
            - Quotuplex?
              - ὀγδάεδρον, quod octo triangulis comprheaditur.
              - Ικοσάεδρον dicitur, quod 20. triangulis comprehenditur.
              - Δωδεκάεδρον, quod à duodecim quinquangulis comprehenditur.
  - Gibbũ Corpus
    - Quid? Eſt ſolidum corpus, quod gibba ſive curva ſuperficie continetur.
    - Quotuplex
      - Sphæra: Eſt gibbum rotundum ſimplex; ſive, ſphæra eſt Figura ſolida una ſuperficie comprehenſa, ad quam, ab uno puncto eorum, quæ intra figuram ſunt poſita, cadentes omnes rectæ lineæ inter ſe ſunt æquales.
      - Variũ
        - Quid? Quod comprehenditur à ſuperficie varia.
        - Quotuplex?
          - Conus, Eſt, quod à baſi rotunda æqualiter faſtigiatum eſt ad verticem.
          - Cylindrus: Eſt, quod à ſubjecta peripheria ad ſublimem æqualem & parallelam peripheriam æqualiter erigitur.

FINIS.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id366723723/206 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft

**Aſtronomia.**

- Quid? Aſtronomia eſt doctrina, quæ naturam cœli, & aſtrorum contemplatur.
- Aſtronomiæ principia ſunt ✕
  - Geometrica
    - Sphæra
      - Quid? Sphæra eſt ſolidum gibbum æquè diſtans à medio comprehenſi ſpatii.
      - προκείμενα ſphæræ ſunt
        - 1. Centrum, Centrum eſt punctum in ſphæra medium.
        - Axis
          - Quid? Axis eſt recta linea per centrum ad peripheriã ducta.
          - Huc pertinet Polus —
            - Quid? Eſt extremitas Axis.
            - Quotuplex
              - Arcticus — Arcticus, qui nobis in Europa & majore parte Aſiæ perpetuò apparet, & dicitur Borealis, Aquilonis, Septentrionalis.
              - Antarcticus — Antarcticus, qui antipodibus noſtris conſpicitur & dicitur νότιος vel meridionalis, Auſtralis. De utroque Virg. 1. Georg. Hic vertex nobis ſublimis, at illum ſub pedibus ſtyx atra videt, maneſq; profundi.
    - Angulus
      - Quid? Angulus eſt concurſus terminorum incongruus.
      - Quotuplex
        - 1. Rectus, cujus crura inter ſe ſunt recta.
        - 2. Obliquꝰ cõtra, eſtq;
          - Acutus eſt minor recto.
          - Obtuſus eſt major recto.
  - Sphærica: eaque regio.
    - Æthereа
      - Quid? Ætherea regio eſt, quæ nullis mutationibus obnoxia eſt.
      - Quotuplex?
        - Accidẽtalis
          - Quid? Accidentalia principia ætheræ regionis ſunt, quæ extra ſphæræ ſubſtantiam ſubſiſtunt.
          - Quotuplex
            - 1. Secãs
              - Quid? Sphæra ſecans eſt, quando Horizon Æquatorem ad angulos aliquos ſecat.
              - Quotuplex
                - Recta — Sphæra recta eſt, quando Horizon cũ Æquatore facit angulos rectos. Itaq; alter polorũ elevatur, alter deprimitur.
                - Obliqua — Obliqua ſphæra eſt, quando Horizon cum æquatore conſtituit angulos obliquos.
            - Non ſecans — Eſt, quando Horizon & æquator ſe invicem non interſecant, ſed coincidunt, ut in ſphæra neutra.
        - Subſtantialis, vide A.
    - Elementaris, vide B.

**A. Subſtantialis.**

- Quid? Subſtantialia ætheree regionis principia ſunt de eſſentia cœli.
- Quæ ſunt illa?
  - Primum mobile eſt, quod regulari & æquali motu ab oriente in occaſum omnes ſphæras ſecum rapit ſpatio viginti quatuor horarum.
  - Secundum mobile
    - Quid? Secundum mobile eſt, quod inæquali motu primo contranititur. Huc ſphæra octava — Eſt, quod ſeptem inferiores Sphæras firmat.
    - Huc perinēt ſtellæ
      - Quid? Eſt corpus ſimplex in cœlo poſitum, aliisque inde lucem præbens.
      - Quotuplex?
        - Fixæ
          - Quid? Fixæ ſunt, quæ eadem erga ſe invicem diſtantia in firmamento moventur.
          - Quotuplices
            - In Zodiaco: Sunt duodecim ſigna: Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scorpius, Sagittarius, Capricornus, Aquarius, Piſces.
            - Extra Zodiacum, ſuntq; vel
              - Septētrionales ſunt in ſignis 21. ut: Cynoſura, Helice, Bootes, Draco, Corona, Ariadnes, Hercules, Cepheus, Lyra, Gallina, Caſſiopeia, Perſeus, Hemochus, Serpens, Serpentarius, Sagitta, Aquila, Delphinus, Pegaſus, Equiculus, Andromeda, Triangulus.
              - Meridional: in ſig: 15. Cethus, Orion, Eridanus, Lepus, Sirius, Phocyon, Argo, hydra, Crater, Corvus, Centaurus, Lupus, Ara, corona Auſtrina, piſcis major.
        - Planetæ
          - Quid? Sunt qui in Citeriore cœlo varium intermotum conficiunt.
          - Attributa
            - Splendor: Eodem ſplendore lucent ſex ſuperiores planetæ: Diverſo ſplendore lucet Luna.
            - Curſus: Curſu impari moventur: ut Saturnus 30. annis: Jupiter 12: Mars 2. Pari curſu moventur, Sol, Venus, & Mercurius. Annuo n. ſpatio curſum ſuum abſolvunt.

**B. Elemētaris**

- Quid? Elementaris ſeu ſublunaris regio eſt, quæ elementa, & de iis miſta continet: ideoq; mutationibus pervia.
- Quot conſiderāda
  - Quid? Elementum eſt rerum mixtilium matrix atq; domicilium. Eſtque ignis, aër, aqua, terra.
  - Sphæra elementaris
    - Superior, ut ſphæra ignis, ſphæra aëris. Sphæra ignis circulariter ambit ſphæram aëris & proxima eſt ſphæræ Lunari.
    - Inferior
      - Quid? Inferior ut terræ & aquæ ſphæra.
      - Quomodo cōſideratur
        - I. Partialiter tribus modis.
          1. Aquæ peculiaris globus non tribuitur, quia cum terra æquali convexitate globi imam figura conſtituit.
          2. Aquæ figuram per ſe rotunda eſt.
          3. Aqua cum terra unum globum facit.
        - II. Totaliter agitur de
          1. Qualitate, ut adjuncta rotunditate & ſubjecto loco.
          2. Quantitate, eſtq;
             - Diameter: Diameter terræ inveſtigatur per regulā De tri hoc modo: 22 partes 7 quid dabunt 5400 quinq; millia quadringenta, & invenietur terræ diameter 1718 mille ſeptingentorū & octodecimmiliarium cū $\frac{2}{11}$
             - Circumferentia: Peripheria terræ invenitur hoc modo: Multiplica 360. gradus per 15. milliaria & quæſitū oſtēdet, peripheriā terræ eſſe 5400 miliarium.

**Circulus.**

- Quid? Circulus eſt linea obliqua, quæ æqualiter in medio comprehenſi ſpatii diſtans globum in certas partes dividit. Suntq; in eo conſiderandæ.
  - Affectiones
    - 1. Affectio. Imaginarii ſunt: ad diſtinguenda n. ſidera & varia eorũ Φαινόμενα ſalvanda excogitati ſunt in cœlo circuli.
    - 2. Et ſi polos habeant, diſtant ab eis quadrante, id eſt, 90. grad.
    - 3. Omnis gradus in 60. minuta prima, prima in ſecunda, ſecunda in 3tia, &c. uſq; ad 10. diſpeſcitur.
  - Species vide infra.
- Quotuplex?
  - Major
    - Quid? Eſt, qui mundũ biſecat, ideoq; idem cum mundo centrum habet.
    - Quotuplex
      - Fixus
        - Quid? Qui eundem in primo mobili ſitum obtinet.
        - Quotuplex
          - Primarius
            - Quid? Cujus utilitates ſunt inſigniores, & ab ortu in occaſum ducitur.
            - Quotuplex?
              - Æquator
                - Quid? Æquator eſt circulus major fixus primarius, qui primum mobile & ipſum Zodiacũ in duo æqualia ſpatia diſpeſcit: itaq; ad primũ mobile pertinet.
                - Regulæ
                  - Primæ, quæ ad primum mobile pertinent.
                    - 1. Æquator eſt centrum primi mobilis. Monſtrat ſiquidem cœlum 24. horarum ſpatio æquali velocitate circumvolvi. Dum 15. gradus ſingulis horis æqualib. de eo oriuntur & occidunt.
                    - 2. Eſt menſura temporis, ſingulorũ dierum atq; ſpatia dimetiens: Oſtendit n. motu ſuo regulari & uniformi diem naturalem habere horas 24, ſi dividas 360 gradus per 15. & artificialẽ 12. horas, ſi dividas dimidium 180 grad. itidẽ per 15.
                  - 2dæ ad Zodiacum
                    - 1. Æquator notat puncta æquinoctialia: ſecat n. Zodiacũ in primo puncto arietis & libræ, quæ cum Sol occupat, æquinoctium eſt in univerſa terra. *
                    - * 2. Oſtendit, quæ ſit partium Eclipticæ & ſtellæ alicujus latitudo: Ejus enim beneficio videmus Arietem, Taurum, Geminos, Cancrum, Leonem, Virginem eſſe ſeptentrionalia: Libram verò, Scorpiũ, Sagittarium, Capricornũ, Aquariũ, Piſces eſſe meridionalia.
                    - 3. Aſcenſiones & deſcenſiones ſignorum Zodiaci in hoc circulo obſervamus: cum enim ecliptica irregulariter moveatur, neceſse eſt, ut ejus motus ad æquatorem tanquam regulam referatur.
              - Zodiacus, vide A.
          - Non primarius, vide C.
      - Mobilis, vide D.
  - Minor, vide E.

Sächſiſche Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id366723723/210 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

- **A. Zodiacus**
  - Quid? Zodiacus eſt Circulus fixus primarius obliquo tranſitu primum mobile ſecans & latitudinem habens.
  - **Eſtq;**
    - **Obliquus, 2. Regulæ**
      - 1. Eſt primò cauſa viciſſitudinis temporum.
      - 2. Secundò eſt cauſa inæqualitatis dierum atq; noctium artificialium. Inæquales enim arcus eclipticæ cum æquatore aſcendunt & deſcendunt.
    - **Latus cõtinet ſigna**
      - **Signa**
        - Quid? Signa ſunt duodecimæ Zodiaci partes æquales, græcè δωδεκατημωρία.
        - **Attributa**
          - **Affectiones**
            - 1. Omnes ſtellæ ad duodecim illa domicilia referuntur.
            - 2. His veteres animalium nomina indiderunt, vel propter efficaciam, quã habet Sol in illis Zoadici locis, vel propter naturam convenientem ſtellis cum animantibus.
          - **Diviſio**
            - **Signa ſunt duplicia**
              - **Subſtantialia, ut in**
                - **Longitudine**
                  - Longitudo ſignorũ eſt 30 graduũ. Eodemq; ferè dierum numero Sol tale ſpatium Zodiaci emetitur.
                - **Latitudine**
                  - Latitudo 12. vel ut recẽtiores volũt 16 graduũ. Cum n. omnes planetæ ſub Zodiaco moveantur ab utraq; eclipticæ parte limites ejusſtatuebant veteres 6 gradus, ſed quia Venus & Mars longius interdum evagari videantur, 8 gradus recentiores ordinant.
              - **Accidentalia ſunt ſigna**
                - **Septẽtrionalia**
                  - Quid? Quæ ab æquatore verſus ſeptentrionem declinant.
                  - **Quotuplicia**
                    - **Verna**
                      - Aries, quod tum terra incaleſcere rurſus incipiat: Aries n. eſt animal calidæ naturæ. Taurus, quod tũ labores taurorum vigeant in excolenda terra, Taurꝰ animal laborioſiſſimum. Gemini, quod tum maxima ſit anni fœcunditas gemini notant hominum ubertatem.
                    - **Æſtiva**
                      - Cancer, quod tum Sol retrogrediatur. Cancer eſt animal retrogradum. Leo, quod tum tempus ſit ardentiſſimum. Leo talis etiã eſt naturæ. Virgo, quod tũ ſit ſterile tempus, quia virg: per ſe ſterilis eſt.
                - **Meridionalia**, vide B.
      - **Planetæ.**

- **B. Meridionalia.**
  - Quid? Meridionalia ſunt, quæ ab Æquatore verſus meridiem vergunt.
  - Quotuplicia?
    - Autumnalia
      - Libra, quod tum ſit æquale tempus diei & noctis: libra res æquales ponderantur.
      - Scorpius, quod tum alterantur tempeſtates: Scorpius peſtiferæ eſt naturæ & inſtabilis.
      - Sagittarius, quod tum cœlum tempeſtates, ventos & nives ceu tela projiciat.
    - Hyemalia
      - Capricornus, quod tum Sol ad altiora aſcendat. Capræ gaudent locis ſublimioribus.
      - Aquarius, quod tum ex reſolutis nivibus maxima ſit aquarũ copia,
      - Piſcis, quod id tempus ſit humidum & frigidum, piſces ſunt ejusmodi naturæ.
- **C. Fixus minus primarius**
  - Quid? Eſt, cujus utilitates paucæ ſunt & à polo ad polum tranſiens, in iisdemq; ad angulos rectos invicem interſectus, eſt Colurus.
  - In quo Coluro ſunt
    - Affectiones
      - Uterque ab adjuncto officio denominationem accipit. Coluri non cœlum ipſum duntaxat in quatuor partes æquales ſecant; verum etiam ſectionibus ſuis quatuor Zoadici quadrantes, quibus anni tempora reſpondent, & quatuor ejusdem puncta cardinalia, in quibus ejusmodi temporum mutationes fiunt, oſtendunt.
    - Species eſtque
      - Æquinoctialis
        - Quid? Qui per ipſos æquatoris polos ducitur primum arietis & libræ gradum oſtendit ideoq; notat æqui noctia.
          Æquinoctium eſt dierum & noctium ſpacii æqualitas.
        - Quotuplex?
          - Vernale, quod contingit his noſtris ſeculis in principio Arietis 11. vel 12. Martii.
          - Autumnale, quod principio libræ fit. 13 Septẽb.
      - Solſtitialis
        - Quid? Solſtitialis colurus eſt, qui polos Zodiaci & æquatoris permeans primum gradum Cancri & Capricorni monſtrat, ideoq; deſignat tum Solſtitia, tum maximam Solis declinationem.
          Solſtitium eſt ſolaris progreſſionis limes.
        - Quotuplex?
          - Æſtivum eſt Solis altiſſimi, ideoq; diei longiſſimi determinatio. Contingit in primo Cancri 11. vel 12. Junii.
          - Hybernũm eſt Solis à nobis remotiſſimi, ideoq; diei breviſſimi terminus, accidit primo Capricorni. 13. vel 14. Decemb.

**D. Mobilis Circulus**

- Quid? Eſt, qui extra primum mobile exiſtens ſitum ſuum variat. Qui quamvis ob mobilitatem ſuam infiniti ſunt: Centum octoginta tamen ex Coſmographorum ſententia ſtatui poſſunt.
- Quotuplex
  - Abſolutè mobilis eſt Horizō
    - Quid? Horizon eſt circulus abſolutè mobilis conſpicuam mundi partem ab inconſpicua dirimens.
    - Quotuplex?
      - Accidētalis, eſtq;
        - Rectus, qui cum æquatore angulos conſtituit rectos, ut in ſphæra recta. Ideoq; per polos mundi ducitur.
        - Obliquus, qui cum Æquatore conſtituit angulos obliquos, ut in obliqua. Ideoq; alter polorum ſuper eum, attollitur, alter infra eundem deprimitur.
      - Subſtātialis, eſtque
        - Rationalis, qui ipſum cœlum & terram in ſuperius conſpicuum & inferius non conſpicuū hemiphæriū biſecat.
          - Effect9
            - 1. Stellis occidentib. & orientibus metam præfigit, oſtenditq; quæ ſint perpetuæ apparitionis & quæ perpetuæ occultationis.
            - 2. Servit ad inveſtigandos omnium ſtellarum ortus & occaſus.
            - 3. Determinat quantitatem, cujuslibet diei & noctis artificialis & ipſam poli elevationem, ideoq; etiam loci latitudinem.
        - Senſibilis eſt
          - Qui in planicie viſum noſtrum determinat, ejus diameter eſt octo miliarium, ideoq; circumferentia viginti quinq; unius ſeptima.
  - Mobilis modo quodam, eſt Meridianus
    - Quid? Meridianus eſt Circul9, quodammodo mobilis per polos mundi & Zenith loci ductus.
    - Effect9
      - 1. Si quodā modo mobilis eſt ab ortu in occaſum, vel contra procedēdo mutatur. Si à polo ad polum directe homo pregrediatur, non mutatur. Si per polos mundi & Zenith ducitur primò medium noctis & diei notat: Noctem in horas antecedentes & conſequentes, diem in antemeridianum & pomeridianum tempus.
      - 2. Secundo oſtendit omnium ſtellarum altitudinem, maximam diſtantiam fixarum ab æquatore, elevationem poli, & ita etiam ſphæræ ſitum & habitudinem.

- **E. Minor circul9**
  - Quid? Minor eſt, qui mundum inæqualiter ſecat ab ejusq; Centro recedit.

## DE ZONIS.

  - **Huc de Zona**
    - Quid? Zona eſt ſpatium cœli minoribus circulis incluſum.
    - **Quot?**
      - **Media**: Quid? Eſt, quæ duobus tropicis incluſa perpetuo Solis æſtu torretur, ideoq; eam quadraginta ſeptem gradus latam æquator biſecat, id eſt, continet in latitudine miliaria 705. Multiplica 47 per 15. & prodibit dictus numerus. Semper enim unus cœli gradus reſpondet quindecim miliaribus in terra.
      - **Extrema**
        - Quid? Extrema eſt, quæ à media utrinq; deflectit.
        - **Quotuplex?**
          - **Interna**
            - Quid? Interna eſt, quæ inter torridam & ultimas interjacet: vulgò temperatæ dicuntur: quia calore torridæ, & frigore extremarum ita temperantur, ut mitiorē & temperatiorem aëris conſtitutionem habeant.
            - **Quotuplex**
              - **Borealis**: Temperata eſt, quæ tropico cācri & circulo arctico includitur.
              - **Auſtrina**: Temperata eſt, quæ tropico Capricorni & Antarctico terminatur.
          - **Ultima**
            - Quid? Ultima Zona eſt, quæ à temperatis declinans polos mundi ſpectat.
            - **Quotuplex?**
              - Arctica, quæ circulo arctico terminatur.
              - Antarctica, quæ antarctico terminatur.
  - **Quot ſunt circuli minores**
    - **Tropici, qui Solis converſionem oſtēdunt. In quib. conſiderandæ.**
      - **Affectiones**: 1. Uterq; à τροπέω & ab adjuncto ſitu denominatur. 2. Pari diſtantia perpetuo ab æquatore diſtant. videlicet 23. graduum & 30. minuroeum ſpatio. 3. Oſtendunt loca converſionis in ecliptica. 4. Includunt viam ſolis, id eſt, Zonam torridam, certis q. limitibus verſus ſeptentrionem & meridiem.
      - **ſpecies**
        - **Cancri**: Tropicus Cancri eſt, (quem Sol principium Cancri ingreſſus & motu diurno raptus determinat) ideoq; nobis hic longiſſimum deſcribit diem, breviſs: noctē.
        - **Capricorni**: Tropicus Capricorni (quem Sol principium Capricorni ingreſſus & diurno motu circumactus deſcribit) ideoq; breviſſimum diem, noctem longiſſimam facit.
    - **Arctici**, vide G.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id366723723/214
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft

- **G. Arctici**
  - Quid? Arctici ſunt, quos poli Zodiaci motu ſuo circulari circa polos mundi definiunt.
  - Attributa
    - Affectiones
      - Uterq; à polis mundi determinatur & æqualiter ab iis diſtat, unde etiam polares dicuntur. 2. Oſtendunt polos Zodiaci & diſtantiam eorum à polis mundi.
    - Species
      - Arcticus eſt, quem polus Zodiaci ſeptentrionalis circa polum arcticum diurna circumvagatione deſcribit.
      - Antarcticus, qui à meridionali eclipticæ polo circa polum mundi Auſtrinum ducitur.

## DE ORTU ET OCCASU STELLARUM.

- **Ortus & Occaſus ſtellarum**
  - Quid? Ortus & Occaſus eſt ſtellæ aut eclipticæ partium aſcenſio vel deſcenſio.
  - Quotuplex?
    - Poeticus
      - Quid? Poeticus Ortus & Occaſus eſt ſtellæ alicujus apparatio vel occultatio ad Solem relata.
      - Quotuplex
        - Verus cum verè ſtella oritur vel occidit, Apparens contra. Eſtque
          - Coſmicus eſt Sole in ortu exiſtente: Acronych9 cōtra. Eſtq;
            - Ortus coſmicus eſt ſtellæ ſupra Horizontem unà cum Sole aſcenſio.
            - Occaſus Coſmicus eſt ſtellæ infra Horizontem deſcenſio, Sole è regione illuceſcente.
          - Acronychus
            - Ortus Acronychus eſt ſtellæ ſupra Horizontē emerſio Sole occūbente.
            - Occaſus Acronychus eſt ſtellæ unà cūSole infra Horizontem deſcenſio.
        - Apparens eſt Heliac9
          - Ortus Heliacus eſt ſtellæ è radiis ſolaribus emerſio.
          - Occaſus Heliacus eſt ſtellæ in radiis ſolaribus occultatio.
    - Aſtronomic9
      - Quid? Ortus & Occaſus aſtronomicus eſt arcus eclipticæ ad æquatorem relata aſcenſio vel deſcenſio. Nam cum ecliptica irregulariter moveatur, neceſſe eſt, ut ejus motus ad æquatorem ceu regulam referatur.
      - Quotuplex Aſcenſio & deſcēſio
        - Recta cum plures gradus oriuntur & occidunt de æquatore quam de Ecliptica: Obliqua contrà. In ſphæra recta aſcendunt & deſcendunt, cum eclipticæ parte ſeptentrionali Geminis ſc. & Cancro, cum Auſtrina Sagittario ſc. & Capricorno 32 gradus & 12. minuta, id eſt, tempus duarum horarum 8 minutorum & 48 ſecundorum.
        - Obliqua
          - Quid? Obliqua cum Eclipticæ parte ſeptentrionali, ariete ſc. & Virgine 27. gradus 54 minuta, cum Tauro & Leone 29 gradus 54. minuta: Cum auſtrina nempe libra & piſcibus 27. gradus 54 min: Cum ſcorpio & aquario 27. gradus 54. minuta.
          - Attributa, vide H,

**H. Attributa**

- **Conſectaria**
  1. Quamvis partes quartarum inæqualiter, totæ tamen æqualiter, id eſt, horis 6. oriuntur & occidunt.
  2. Oppoſita ſigna & æquè diſtantia à Cardinalibus ſcilicet duobus æquales habent aſcenſiones & deſcenſiones. In obliqua noſtra oriuntur rectè cum Cancro & Sagittario 23. grad. & 39 minuta. Cum Leone & Scorpio 42. grad. & 23. minuta. Cum Virgine & Libra 42. grad. 27. minuta. Obliquè cum Ariete & Piſcibus 13 grad. 20. & unum minuta. Cum Tauro & Aquario 17. grad. 25. minuta. Cum Geminis & Capricorno 26. grad. 45. minuta.
- **πορίσματα**
  1. Quamvis medietatum conterminalium partes inæqualiter, totæ tamen æqualiter, id eſt, 12 horarum ſpatio oriuntur & occidunt.
  2. Aſcenſio alicujus ſigni eſt deſcenſio oppoſiti & oppoſitarum aſcenſiones in obliqua ſimul ſumptæ ſunt æquales aſcenſionibus eorundem in ſphæra recta.
  3. Aſcendentia rectè, obliquè deſcenduntur, & contra.

## DE TEMPORE SPHÆRICO.

**De conſtitutione**

- **Tēporis ſphærici**
  - Quid? Eſt, quod ex motu Cœleſtis ſphæræ deprehenditur.
  - **Partes**
    - **1. Dies**
      - Quid? Dies eſt tempus ex motu æquatoris & eclipticæ deputatū.
      - **Quotuplex?**
        - **Aſtronomicus**
          - Quid? Eſt quo Aſtronomi in exacto ſuo calculo utuntur.
          - **Quotuplex?**
            - Naturalis eſt quo Sol circa terrarum integrā ſuam periodū movetur. 1. Itaq; hunc à meridiano noſtri inchoant, quod in ſphæræ obliquæ horizōte maximè variet aſcenſio. 2. Et quamvis æqualis appareat ſc. 24. horarū, artifici tamē Aſtronomo inæqualis eſt propter additamentum particulæ Æquatoris arcu eclipticæ reſpondentis, quam Sol, dum circa terrā volvitur, à primo raptu proprio motu cōfecit. 3. Additamentum illud ferè gradum unū continet.
            - Artificialis eſt, quo Sol ſupra horizontem commoratur. Et quod reſtat ſpatium nox dicitur. *
        - **Policus**
          - Eſt quā politici à certo tempore auſpicantur, idq; vel ab ortu Solis, ut Babylonii & Norici: ab occaſu Solis, ut Hebræi Athenienſes, Itali, Poloni, Bohemi, Sileſii, vel à meridie, ut Ægyptii, Alexādrini, Arabes, Ungari & Aſtronomi: à media nocte, ut Romani & Germani.
    - **2. Hora.** K.
- **Sphæræ.** L.

* **Attributa**

- **Conſectaria**
  1. Artificialis dies in ſphæra recta propter æquales arcus æquatoris & eclipticæ inter ſe & noctib. æquales ſunt & cōſequens in ea perpetuū eſt æquinoctiū.
  2. In ſphæra obliqua propter inæqualem medietatū æquatoris & eclipticæ aſcēſionem, duo duntaxat æquales ſunt dies artificiales 12. Martii & 13. Sept.
  3. Ideoq;, Sole Borealia ſigna perambulante, dies eſt longior nocte & quidem longiſſimꝰ in principio Cancri. Auſtrina brevior & quidem breviſſimus in principio Capricorni.
- **Inveſtigatio lōgitud: diei.** I.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id366723723/216 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft

**I. Inveſtigatio longitudinis diei** — Quære dati diei gradum Solis in Ecliptica cum ejus & oppoſiti gradus aſcenſione, deinde ſubtrahe aſcenſionem Solis ab oppoſiti ſigni aſcenſione, quod ſi fieri nequit, ut nequit, cum Sol eſt in meridionalibus ſignis, adde numero à quo ſubtractio fieri non poterat ſexcentos ſexagenos gradus: Poſtea converte differentiæ reſiduæ ſummam in tempus diviſore 15. Et habebis quantitatem dierum & noctium artificialium. Itaq; ſi datum diei numerum à 24 horis ſubtrahas, quantitatem noctis inveſtigabis. Et ſi datam noctis quantitatem medies tempus ortus Solis habebis: ſi diei, tempus occaſus.

**K. Hora**
- *Quid?* Hora eſt pars diei.
- *Quotuplex*
  - Æqualis — Æqualis eſt vigeſima quarta pars diei naturalis. Dicuntur æquales, quod perpetuo ejuſdem ſint quantitatis: & æquinoctiales, quia per uniformem & regularem æquatoris motum diſtinguũtur. Unde hodie propter multiplicem commoditatem apud omnes gentes earum uſus eſt.
  - Inæqualis — Eſt duodecima pars diei artificialis, vel noctis. Dicuntur inæquales, quod collatæ cum nocturnis ſuis, vel cum diverſorum inæqualium dierum horis inter ſe inæquales ſint. Obſerva hanc inæqualitatem oriri ex obliquo Horizonte parallelas ſolares obliquè ſecante: Omnes igitur dies artificiales habent inæquales horas, exceptis duobus æquinoctialibus.

## DE CONSTITUTIONE SPHÆRÆ.

**L. Sphæræ**
- *Quid?* Conſtitutio ſphæræ eſt habitudo aliqua Horizontis ad æquatorem.
- *Quotuplex?*
  - Secans
    - Quid? Secans, quando Horizon æquatorem ſecat.
    - Quotuplex
      - Recta
        - Quid? Recta, quando æquator cum Horizonte angulos rectos conſtituit.
        - Proprietates
          - Primæ
            1. Perpetuò dies in hac ſunt æquales noctib. ſc. in puncto arietis & libræ.
            2. Sol bis in anno verticalis eſt: ideoque 4tuor ſunt ſolſtitia, duo humilia in punctis ſolſtitialibus, & duo alta in punctis æquinoctialib.
          - Secundæ
            1. Tres habent differentias umbrarum, meridionalem, cum Sol eſt in ſignis Septentrionalib. & contra ſeptentrionalem, cũ in meridionalib. item perpẽdicularẽ, cũ Sol eſt in punctis verticalib.
            2. Omnes ſtellæ & circuli cœleſtes pariter oriuntur & occidunt.
      - Obliqua, M.
  - Non ſecans
    - Quid? Non ſecãs, quando Horizon æquatorem non ſecat.
    - Proprietates
      - Homines viventes ſub polis habent æquinoctialem cum Horizonte conjunctum.
      - Stellæ enim his oriuntur & occidunt, ſed quæ ſunt in medietate cœli ſemper apparente, ſemper apparent, & contrà, quæ in latente, ſemper latent.



Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id366723723/217 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

**M. Obliqua**
- Quid? Obliqua, quando æquator cum Horizonte angulos obliquos conſtituit.
- Proprietates
  - Generales
    1. Omnes artificiales dies inæquales ſunt, exceptis æquinoctialibus.
    2. Quædam ſtellæ illis hominibus apparent, quædam occultantur.
  - Speciales: Cōſiderātur in
    - Circulis
      - Tropicis
        1. Solem in anno ſemel habent verticalem, videlicet in principio Cancri. Ideoq; umbram meridianam habent ad ſeptentrionem projectam excepta die Solſtitiali altiſſima, tum enim perpendicularem umbram Sol ſpargit.
        2. Longiſſimam diem ſolſtitialem habent horarum 13. 45. minutorum: & breviſſimam noctem 10. horarum 15. minutorum.
      - Arcticis
        1. Habitantium ſub arctico punctum verticale quotidie in revolutione cœli contingit polum *Z*odiaci.
        2. Horizon obliquus quotidie ſemel cum Zodiaco conjungitur.
        3. Sole exiſtente in principio Cancri habent diem longiſſimam 24. horarum & momētum pro nocte: è contra Sole in principio Capricorni conſtituto noctem habens 24. horarum & momentum pro die.
    - Zonis
      - Temperatis, quarum proprietates
        1. Habitantes in temperatis nunquam Solem habent verticalem. Ideoque umbræ meridianæ perpetuò in boream feruntur.
        2. Duo habent ſolſtitia: æſtivum Sole exiſtente in principio Cancri, & hyemale in principio Capricorni. Ideoq; majorem habent dierum & noctium artificialium inæqualitatem & pro diverſa poli elevatione variatur.
      - Frigidis, quarū proprietates
        1. Habitantes in frigidis, habent quotidie umbram verſus omnes Horizontis partes protenſam.
        2. Oriuntur iisdem Piſces, Aries, Taurus, præpoſterè & recto ordine deſcendunt.
        3. Rurſus oppoſita ſigna, Virgo, Libra, Scorpius, recto ordine aſcendunt & præpoſterè occidunt.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id366723723/218 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

**Eclipſis.**

Quid? Eclipſis eſt obſcuratio luminaris. Vox obſcurationis generalis eſt, tàm enim defectum luminaris, ut Lunæ, quàm occultationem, ut Solis, denotat.

**Quotuplex**

Vera eſt Eclipſis Lunæ.

**Relativa**

Quid? Relativa eſt Eclipſis Solis & contingit utraq; in Ecliptica, eſtque utraq;

- Totalis, quando luminaria reverà è diametro opponuntur vel conjunguntur.
- Partialis contrà.

**Quotuplex**

**Solis**

Quid? Eclipſis Solis eſt averſio radiorum ſolarium, quæ fit cum Luna inter viſum noſtrum & ſolare corpus interponitur.

**Attributa**

1. Fit duntaxat in Conjunctione, hoc eſt, novilunio, & per conſequens Eclipſis tempore paſſionis Chriſti, quæ facta eſt in plenilunio, fuit præternaturalis & miraculoſa. Nec alicui ſcrupulum moveat, quod luna minoris quantitatis, vaſtiſſimi corporis, Solis lumen nobis eripere poſſit: propter propinquitatem enim Lunæ ad terram & maximam Solis ab eadem diſtantiam totum corpus Solis Luna tegere poteſt.
2. Eclipſes Solis non ſunt univerſales, ſed particulares, id eſt, non conſpiciuntur ab omnibus habitantibus in illo hemiſphærio, quod Solem ſupra horizontem elevatum habent, ſed tantum ab iis qui intra conum Lunæ habitant.
3. Cur non ſingulis menſibus eclipſes fiunt Solis, cauſa eſt, quia Luna extra eclipticam evagari, & Soli ceu regi ſuo cedere poteſt.

**Lunæ**

Quid? Eclipſis Lunæ eſt privatio luminis ſolaris in luna ſoli diametraliter oppoſita. Ideoq; fit in plenilunio interpoſita terra inter Solē & Lunam. Intellige Lunam non habere proprium lumen, ſed mutuatitium, in terræ umbram igitur incurrens lumen illud amittit & ita deliquium patitur.

**Quotuplex**

- Totalis eclipſis Lunæ fit vel cum mora vel ſine mora, pro ut terræ umbra in loco tranſitus lunæ, vel ſpiſſior vel tenuior fuerit.
- Partialis —
  - Quid? Eſt cum vel dimidia luna vel non dimidia, id eſt, vel plus vel minus media obſcuratur.
  - Eſt
    - In medietate cum medietas lunæ obfuſcatur.
    - In non medietate, eſt vel —
      - Major cum plus medietate lunæ obtegitur.
      - Minor cum minus. Intelligendum eſt ſingulis menſibus in oppoſitione non fieri eclipſin Lunæ, cum non perpetuò ſub Ecliptica ſicut Sol progrediatur Luna, ſed ab ea vel verſus ſeptentrionem vel meridiem declinare poſſit.

Eclipſes lunæ ſunt univerſales. Reliquos planetas nō obſcurari cauſa eſt, quod umbra terræ eò uſque non pertingat, & quantumvis ad Venerem & Mercurium protendat umbra, ii tamen à Sole non recedant, ut ei opponantur & in terræ umbram incurrant.



Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id366723723/219
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

**Φάσις Lunæ.**

- Quid? Φάσις eſt σχῆμα Lunæ, quod ei ſoli & noſtri reſpectu competit.
- Quotuplex?
  - Inviſibilis
    - Quid? Cum Luna eſt in conjunctione.
    - Quotuplex?
      - κρύψις, Eſt cum Luna ſub ſolaribus deliteſcit radiis.
      - σύνοδος eſt, cum Luna centro Solis eſt ſubjecta.
  - Viſibilis
    - Quid? Viſibilis eſt cum certam lunæ imaginem oculis aſpicimus.
    - Quotuplex?
      - Nō plena eſt
        - Creſcens, cum lumine augetur. Id fit tempore veſpertino.
        - Decreſcens, cum minuitur lumine, idque fit matutino.
        - Utraq; eſt vel
          - Minor falcata ſeu corniculata eſt, cum primū è radiis ſolis emergens apparet.
          - Major
            - διχότομος eſt, quando per medium q. diſſecta quadrante circuli à Sole diſtat.
            - Ἀμφίκυρτος eſt, cum à Sole quatuor ſignis diſtat.
      - Plena
        - Plena eſt πανσέληνος, quando diametraliter Soli oppoſita totā medietatem irradiatam terris oſtentat.

## DE DISTANTIA LOCORUM.

**Diſtantia locorum.**

- Quid? Diſtantia eſt certum inter duas civitates intervallum, gradibus ſeu miliaribus dimetiendum.
- Attributa
  - Affectiones quæ ſūt in Circulis
    - Meridianis
      - Quid? Meridianus eſt circulus magnus tranſiens per verticem dati loci, & ſubjecta polis puncta.
      - Quot? Suntq; Centum octoginta ab occaſu verſus ortum incipientes.
    - Parallelis
      - Quid? Paralleli ſunt circuli æquè diſtantes. Eorum ſimiliter 180.
      - Quotuplex
        - Major eſt Æquator — Æquator eſt parallelorum maximus medium terreni orbis cingens.
        - Minores reliqui — Qui quò æquatori propiores, eò majores, quo remotiores, eò minores.
  - Species, vide N.

N.
Species. Eſtque diſtantia locorum vel

- Simplex?
  - Quid? Simplex cum uno modo loca differunt.
  - Quotuplex?
    - Latitudo eſt arcus meridiani inter duos parallelos dati loci interceptus. Itaq; loca poſita ſunt ſub eodem meridiano, ſed diverſis parallelis, quæ ſola latitudine differunt. Diſtantia locorum ſola latitudine differentium invenietur, ſi minorem latitudinem à majore ſubtrahis & gradus differentiæ per 15. multiplicas, minuta adhærentia per 4. dividis & quotum priori numero addis: ita habebis diſtantiam quæſitam datorum locorum.
    - Latitudo eſt arcus paralleli inter meridianum primum occidentalem & alterum dati ei verticalem interceptus. Itaq; loca ſola longitudine differunt, quæ ſita ſub eodem parallelo, ſed diverſis meridianis.
- Multiplex?
  - Quid? Multiplex diſtantia eſt, cum duobus modis loca diſcrepant, hoc eſt, & longitudine & latitudine.
  - Obſervationes
    - Itaq; ſub diverſis meridianis & parallelis poſita ſunt loca. Diſtantia multiplex fluit ex ſeq. poſitionibus.
    - 1. Quæſita & longitudinis & latitudinis differentia, cum medietate latitudinem differentiæ ad minorem latitudinem addita, tabulam ingredere ad miliaria uni paralleli gradui correſpondentia quærenda: inventa igitur miliaria ac minuta cum differentia longitudinis multiplica ſicut in ſecunda regula factum eſt, & productum ad eundem redige denominatorem.
    - 2. Differentiam latitudinis multiplica per 15. & hæc miliaria cum antecedentibus cognomina fac.
    - 3. Divide utrunq; productum quadra & quadrata adde: ex quadratis extrahe radicem, quæ radix diſtantiam oſtendet.
    - 4. Obſervandum erit, ſi fuerint in denominatione minuta ſecunda radicem conſtare ex minutis ſecundis, ſi prima primis.

F I N I S.

# SCELETON MUSICÆ.

**MUSICA:**

- Theoretica.
- Practica hujꝰ
  - Subjectũ Scala & ejꝰ
    - Materia Syſtema
      - Simplex.
      - Conjunctum.
    - Forma
      - Claves
        - Signatæ.
        - Intellectæ.
      - A. Soni cõſtant
        - Syllabis
          - Voces.
          - Cantus
            - Regularis: Durus.
            - Tranſpoſitus: Mollis & Fictus.
        - Intervalla
          - Uſitata
            - Prima Uniſonus
            - E primis orta
              - Continua
                - B. Semitoniũ
                - C. Tonꝰ
              - Interrupta D.
          - E. Prohibita.
        - F. Characteribus, ſeu notis
          - Species
            - Simplices.
            - G. ligatæ
              - Externæ
                - Quadratæ
                  - Initiales.
                  - Finales.
                - Obliquæ
                  - Initiales.
                  - Finales.
              - Mediæ.
          - H. Affectiones, ut: Tactus
            - Binarius.
            - Ternarius.
  - I. Modi ſeu Toni ſunt Octo.

MUSICA.

- Quid? Muſica eſt rectè ac ſuaviter canendi ſcientia.
- Quotuplex
  - Theoretica: Eſt, quæ diverſorum ſonorum proportionem ingenio & ratione conſiderat, reiq; tantum cognitione contenta eſt.
  - Practica
    - Quid? Eſt, quæ circa ſonorum ac conſonantiarũ praxim ſeu uſum conſiſtit. Eſtque Choralis & Figuralis.
    - Attributa
      - Subjectum eſt ſcala, quæ eſt debita claviũ & vocum Muſicalium in ſyſtemate diſpoſitio hujꝰ verò
        - Materia eſt Syſtema
          - Quid? Eſt aliquot linearum & in iis contentorum ſpaciorum deſcriptio.
          - Quotuplex
            - Simplex: Quod unicum tantum cantilenæ genꝰ vel regionem quinq; lineis æquidiſtantib. deſcriptum continet.
            - Conjunctũ: Quod omnium ſonorũ gradus ordine aſcendẽtes continet.
        - Formã conſtituunt
          - Claves
            - Quid? Claves ſunt ſeptẽ literæ quæ in alphabeto principes occurrunt: A, B, C, D, E, F, G. Quæ ter repetitæ totam Scalam conſtituunt.
            - Quotuplices
              - Signatæ: Sunt, quæ in ſyſtematum initiis expreſsè characteribus ſignantur, harum tres ſunt g, & c. ex minoribus, & F, grave: g. vel




              - Intellectæ: Reliquæ 4tuor, quarum ſedes & collocatio à ſignata pendet.
          - Soni, vide A.
      - Genera modorum.

# SCALA.

| | | |
|---|---|---|
| Duplicatæ & ſuperis partis Scalæ literis. | ee | la |
| | dd | la ſol |
| | cc | ſol fa |
| | bb | fa ♮ mi |
| | aa | la mi re |
| Parvæ & mediæ partis Scalæ literæ. | g | ſol re ut |
| | f | fa ut |
| | e | la mi |
| | d | la ſol re |
| | c | ſol fa ut |
| | b | fa ♮ mi |
| | a | la mi re |
| Magnæ & inferioris partis Scalæ literæ. | G | ſol re ut |
| | F | fa ut |
| | E | la mi |
| | D | ſol re |
| | C | fa ut |
| | ♮ | mi |
| | A | re |
| | Γ | ut |

- A. Soni expreſſi certis
  - Syllabis ſunt
    - Voces
      - Quid? Sunt certæ ſyllabæ, quibus ordine aſcendendo & deſcendendo ſoni exprimuntur.
      - Quot? ſex: Vt, Re, Mi, quibus utimur cantu aſcendente, & Fa, Sol, La, quarum eo deſcendente uſus, quæ inverſo ordine hoc commate continentur.
    - Cantus
      - Quid? Cantus eſt ſex vocum Muſicalium continua & apta deductio.
      - Quotuplex?
        - Regularis, Eſt omnis cantus durus. Cantus durus autem eſt, qui habet mi in b fa ♮ mi.
        - Tranſpoſitus eſt
          - Mollis, Eſt, qui habet fa in b fa ♮ mi.
          - Fictus: Eſt vocis in vocem contra clavis cantusque naturam permutatio. Sunt autem voces fictæ omnes ſex, quæ in omnibus clavibus poni poſſunt.
    - Intervalla
      - Quid? Intervallum eſt duorum diverſorum ſonorum vel vocum certa diſtantia, quæ numeris ut plurimum æſtimatur.
      - Quotuplicia
        - Uſitata
          - Prima. Uniſonus: Eſt cum in eâdem clave, vox eadem iterum atq; iterum repetitur, niſi inveniat dieſis.
          - è primis orta
            - Continua
              - Semitonium
                - Quid? Eſt à mi ad fa continuis vocib.
                - Quotuplex
                  - Majus.
                  - Minus.
              - Tonus G.
            - Interrupta, vide D.
        - Prohibita, vide E.
  - Characteribus, vide F.



Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id366723723/225 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft

**B.** Semitoniũ quotuplex?
- Majus: Dicitur, cum in una clavi, hoc eſt, in una eademq; linea vel uno eodemq; ſpacio duæ notulæ diverſis ſonis exprimendæ, his ſignis b ♯ ♮ ponuntur, cujusmodi incidit inter fa, & mi, duas voces diverſas, quæ ſunt in unâ b clavi, hoc non niſi in Chromate utimur.
- Minus:
  - Quid? Eſt ſaltus à mi ad fa, in continuis clavibus.
  - Quotuplex?
    - Naturale: Quod propriè & regulariter incidit inter mi & fa, continuas voces in continuis clavibus trium hexachordorum ſive Cantuum.
    - Fictum: Quod impropriè inter cæteras voces & claves continuas incidens, hoc ſigno ♯ quod dieſin vocant, indicari ſolet.

**C.** Tonus —
- Quid? Eſt ſaltus à quaque clave ad proximam, exceptis iis, in quas ſemitonium minus regulariter incidit.
- Quot ſunt in quolibet cantu? Quatuor: ut re, re mi, fa ſol, ſol la.

**D.** Interrupta intervalla ſunt —
1. TONUS primus modus, vocem aut unica intentione intendit, aut unica remiſſionem remittit, aliàs ſecunda dicitur.
2. DITONUS.
3. Diateſſaron.
4. Diapente.
5. Tonus cum Diapente.
6. DIAPASON.
7. DITONUS cum diapaſon.
9. DISDIAPASON.
10. DITONUS cum DIAPENTE.

(2.–10.) Et dicitur ab intervallo — Tertia. Quarta. Quinta. Sexta. Octava. Decima. Duodecima. Dupla octava. Septima.

**E.** Prohibita, ut: Tritonus.

F. Characteribus ſeu notis

- Quid? Notæ ſunt ſigna ſeu characteres ſonorum.
- Attributa
  - Species ſunt —
    - Simplices, eæque
      - Pares: Quæ ejusdem ſpacii & motus ſunt, harum uſus in Chorali cantu eſt · pinguntur ut plurimum plenis corporibus ſeu denigratis.
      - Impares —
        - Quid? Quæ in æquali quidē ſpacio menſurantur & diverſas formas habēt: eodem tamen tactus motu comprehenduntur: harum uſus eſt in cantu quem inde figuralem vocāt.
        - Quot? Octo
          - Notæ & Pauſæ
            - Max: / Longa / Brevis  valet tactibus 8 / 4 / 2  4 4
            - Semibrevis  ad quam menſura fit. 
            - Minima / Semimi: / Fuſa / Semifuſa  quarum duæ / 4tuor / octo / ſedecim tactum complent
          - Regulæ
            - Punctus à tergo notulis aſſcriptus dimidio valore auget.
            - Hoc ſignum 𝄋 notulis aſſcriptum in fugis ſequentis vocis initium deſignat.
            - Hoc ſignum vel in fine ſyſtematum quod conſpicitur, ſequentis notulæ, locum ac ſedem indicat: Cuſtodem vulgò appellant.
    - Ligatæ G.
  - Affectiones H.

**G. Ligatæ**

Quid? Sunt quatuor primæ, quæ connectuntur nonnunquã & diverſos valores accipiunt.

Quotuplex eſt? ‖

- Ligata Externa eſt ‖
  - Quadrata
    - Initialis caudam
      - habens
        - erectam
        - demiſſam
      - non habẽs ſequente
        - aſcendente
        - deſcendẽte
      - eſt



    - Finalis
      - Conſcendẽs
      - deſcendens
      - eſt. Excipitur caudam tollens à parte ſiniſtra



  - Obliqua
    - Initialis caudam habens
      - ductam
        - ſurſum
        - deorsũ
      - nullam, corpore tamen
        - aſcendente
        - deſcendente
      - eſt



    - Fnalis ſemper eſt
    - Excipe *



- Media quælibet eſt: Excepta proximã ſurſũ caudatæ quæ tũ eſt †

* t9 aut nutus æqualis certũ temporis tractum in vices



**H. Affectiones ſunt tactus vel dimenſio.**

Quid? Tact9 vel dimenſio eſt digiti vel baculi motemporis tractum in vices æquales dividens, omnium notularum & pauſarum quantitatem & magnitudinem ſeu valorem diſcriminans.

Quotuplex?

- Binaria: Eſt cum eſſentialem omnes notulæ valorem retinent: ſeu cum ſemibrevis una, vel duæ minimæ in unam dimenſionem veniunt. Vocatur tempus imperfectum: Ejus ſignum vel ſemicirculus absque vel cum lineola, poſt ſignatã ſyſtemati inhærens C. C 2.
- Ternaria: Cum tres ſemibreves vel tres minimæ uno tactu canuntur: & hæc vulgò vocatur tripla. His ſignis propoſito innuunt. 3. Quidam unico duntaxat ternarii charactere. Quidam ſemicirculum ternario pingunt. C 3.

Scribitur

Scribitur nonnunquã omnibus albis, iisdemque vel brevibus: vel ſemibrevib. nonnunquam [ligature] & [ligature] aliquando omnibus nigris, absq; omni alio ſigno.



**I. Modi ſeu toni**

- Quid? Tonus eſt muſici concentus formandi ratio, in principio, medio & fine, ad certam, tum intentionis remiſſionisque æquabilitatem, tum concentus affectionem formandam inſtituta.
- Attributa
  - Quot ſunt? Octo.
  - Quomodo differũt
    - Numero & ſunt
      - Impares, ut 1, 3, 5, 7: Quos concentus ratione ab effectu *clamoſos* vocant Muſici, quia recto gradu in aſcenſum uſq; ad 8 ſeu 10. melodiæ concentũ abſolvũt reſpectu final: notæ, nec pl, unica remiſſione ſe remittũt.
      - Pares, ut 2, 4, 6, 8: Quos ratione concentus *demiſſos* vocare liceat, quia in obliquum transverſo gradu melodiã ducunt reſpectu finalis notæ, in aſcenſum in ſextã uſque, in deſcenſum ad quartam.
    - Cognitione: cognoſcuntur
      - A principio ſi cantio
        - Intenditur & elevatur clamoſi cujusdam Toni eſt.
        - Deprimitur ad demiſſum aliquem tonum refertur.
      - A medio vel ex
        - Recto aut obliquo melodiæ gradu ſeu ductu.
        - Propria repercuſſione
          - *Primi*, de Re ad La per quintam.
          - *Secundi*, de Re ad Fa per tertiam.
          - *Tertii*, de Mi ad Fa per ſextam.
          - *Quarti*, de Mi ad La per quartam.
          - *Quinti*, de Fa ad Fa per quintam, ſignificat ♮ duraliter, ſed b molliter de Fa ad Sol per quintam.
          - *Sexti*, de Fa ad La per tertiam.
          - *Septimi*, de Sol ad Sol per quintam.
          - *Octavi*, de Sol ad Fa per quartam.
      - A fine vel ex
        - Clavi finali.
        - Voce finali. *
        - Clauſula formali.

* Forma dupliciter exiens cantus

- Regulariter in { G, F, E, D } & { ſol, fa, mi, re } eſt { 7, 5, 3, 1 } aut { 8, 6, 4, 2 } Tonorum.
- Transpoſitione regulariter per Quintam ♮ duraliter in { d, c, ♮, a } & { ſol, fa, mi, re } eſt { 7, 5, 3, 1 } aut { 8, 6, 4, 2 } Tonorum.
- Irregulariter transpoſitione aut per 4tam b molliter in { c, b, a, g } & { ſol, fa, mi, re } eſt { 7, 5, 3, 1 } aut { 8, 6, 4, 2 } Tonorũ.

ET hactenus pro eo, quod mihi DEUS ille Ter. Opt. Max. conceſſit, talento, eâ, quâ potui ac debui, fideli ſedulitate, & ſedula fidelitate, totius Philoſophiæ præcepta παχυλῶς propoſui, μεθοδικῶς diſpoſui, veritatem & brevitatem ubiq; ſum ſecutus, an eandem ſim aſſecutus, judicent ingenia non ſervilia, ſed liberalia & candida.

Tandem omnes & ſingulos majorem in modum rogatos volo, ut, qui meliora ſciunt, impertiant candidè; Qui non, illi, ſi placet his, rudibus & ἐγκυκλοπαιδείας tyronibus, non doctis ſcripta, utantur feliciſſimè. Quod ut fiat, det DEUS trinus & unus, cui ſit laus, honos, & gloria infinitis ſeculis,

AMEN.

Μόνῳ τῷ Θεῷ δόξα.

Τέλος.

JENÆ




TYPIS JOHANNIS WEIDNERI.

ANNO SALUTIS NOSTRÆ

M. DC. XII.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id366723723/231
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Philos. A 76

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id366723723/233
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id366723723/234
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft